

TRACTATUS THEOLOGICUS

DE

BEATA MARIA VIRGINE

AUCTORE P. HENRICO DEPOIX

SOCIETATIS MARIE PRESBYTERO
OLIM THEOLOGIE LECTORE, NECNON MAJORIS SEMINARIJ N^o
MODERATORI

EDITIO TERTIA

PARISII
APUD LUDOVICUM VIVÈS

Via vulgo dieta Delambre, 13

1899

THE DEPT. OF

TRACTA. 13.

EDITION

1899

C. I.

RAJU



EX LIBRIS


HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

45325



1080020974



TRACTATUS THEOLOGICUS

DE

BEATA MARIA VIRGINE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10325



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TRACTATUS THEOLOGICUS

DE

BEATA MARIA VIRGINE

AUCTORE P. HENRICO DEPOIX

SOCIETATIS MARIE PRESBYTERO
OLIM THEOLOGIÆ LECTORE, NECNON MAJORIS SEMINARII N.^o

MODERATORE

Dignare me laudare te, Virgo sacra
Ex officio Beatae Mariae

EDITIO TERTIA



PARISIIS
APUD LUDOVICUM VIVES

Via vulgo dicta Delambre, 13

1899

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

45325

BT 601
DA


PRÆMIUM

Tractatui de Beata Maria Virgine quem,
Ipsamet auspice, incepturn sumus, nonnulla
præmittenda nobis visa sunt, tum de scopo ac
utilitate hujus Tractatus, tum de fontibus ex
quibus varia argumenta depropmsimus, tum
demum de methodo quam in his exponendis se-
cuti sumus.

I. SCOPUS OPERIS EXONITUR. — *Sublimior phi-*
losophia est scire Jesum, aiebat Bernardus; post
Christi vero scientiam nihil suavius aut subli-
mius quam scientia dulcissimæ et amantissimæ
Matris, gloriosæ Virginis Mariæ. Ipsa enim *fines*
*Divinitatis propinquius attigit*¹; Ipsa, una cum
Filio adeo arcta et individua sanguinis et amo-
ris societate copulatur, ut vix ab Ipso conside-
ratione sejungi posse videatur: nam si Christus

¹ Divus Thomas.

1 003716



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

*sol, Maria cœlum; si Christus gemma, Maria arca; si Christus flos, Maria planta*¹.

Quapropter, sicut decet Christianos omnes, et præsertim theologos, in Christo dignoscendo diutius occupari, ita et in Maria contemplanda; sed mirum videtur auctores, et eos præsertim qui ad usum scholarum scripserunt, amplissimam Virginis dignitatem et excellentissimas dotes tam brevi et compendioso sermone tetigisse; vix enim in suis compendiis unam aut alteram quæstionem ad B. M. spectantem, obiter et quasi necessitate compulsi exposuere; sed nullibi reperias corpus doctrinæ integrum, cuius partes sint inter se logico nexu concatenatæ. Quorum sobrietas scribendo de privilegiis B. M. si cum dignitate ac utilitate materiæ conferatur, nimium parca et plus æquo restricta censenda est. Unde jam suo tempore hæc habebat Suarez (Arg. ad lectorem, *De incarnatione*. vol. 2) : « Mihi profecto hoc in genere sæpe visa est theologia nostra brevis admodum et concisa, cum materiae dignitas cum summa voluptate, eruditione ac utilitate conjuncta, longe aliud a viro theologo postulare suo veluti jure possit. » Et ibidem in Praefatione : « Ego enim post ipsius Dei ac Christi cognitionem, nullam aut utiliorem aut viro theologo digniorem esse existimo (quam gloriosæ Virginis). Neque

¹ Hezechius.

« enim intelligo cur de gratia Angelorum, de illorum merito et gloria tam accurate disputant theologi, de Angelorum vero Regina longe majori diligentia disserendum non sit, cum hæc doctrina est per se dignior ac jucundior, et ad pietatem magis accommodata. »

Hæc sunt verba docti theologi cui plane consentimus. Modeste dicemus, sed facta testantur : Nil forte rarius in scholis quam disserere de gloria Virgine, nil tamen frequentius quam B. M. extollere laudes, præsertim nostro sæculo quod tam merito sæculum Mariæ acclamatum est. Et reipsa prædicatores assiduos habent sermones de gloriæ Virginis privilegiis, quotidie in lucem eduntur libri de ipsis dotibus, virtutibus aut dignitate tractantes; sed nemo non videt quanti intersit ut in his, sive per libros, sive per sermones evolvendis omnia caute semper, omnia una cum doctrina et eruditione componantur. Ideo pluribus viris tum scientia, tum pietate conspicuis visum est nihil B. M. magis gratum, nihil ad ejus honorem propagandum utilius fore quam omnia ejus privilegia, dona, munera uberioris et accurate more theologorum explicare. « Inde enim, et qui in sacris templis abdita mysteriorum B. M. arcana pro concione explicitant animisque audientium defigunt, et qui libros pro usu fidelium conficerent, id fortasse efficient diligenter, veritatis rigore observato; et sic pietas

« a veritate fulciri, et veritas poterit pietatis
 « dulcedine utilius investigari : est enim sine
 « veritate pietas imbecilla, et sine pietate ve-
 « ritas sterilis ac jejuna¹. »

Hunc adeo arduum, pro nostris viribus enixi sumus scopum attingere, ideoque hunc libellum sane valde imperfectum lectori benevolo proferimus. Utinam aliis doctioribus ad opus præstantius elaborandum pandat viam ! Quod si illud assequamur ut theologiæ professores præsertim nostræ Societatis id sibi in studiis proponant, et eximum opus ad laudem dulcissimæ Matris in lucem effundant, satis erit.

II. FONTES ARGUMENTORUM DESIGNANTUR. — Cum hunc librum Tractatum theologicum inscribamus, omnes facile apprehendunt doctrinam quam explanamus non ex aliis fontibus fuisse depromptam quam ex locis apud theologos vulgo receptis. Nec enim putandum est hanc doctrinam ad B. M. spectantem non habere in theologia fundamentum. Et primum in Scripturis paucissima quidem verba reperiuntur, sed simul gravissima, quæ implicitè continent omnia quæ de Virgine dici possunt. Præter ea quæ in Scripturis canonicis continentur, sunt alia multa in traditione, quæ per manus Patrum ad nos usque pervenerunt, communi sensu et definitione re-

¹ Suarez, *ibid.*

cepta. Quoad ea quæ nec scripta sunt, nec certa traditione recepta, non desunt rationes theologicæ ac congruentiæ quæ in principiis revelatione traditis vel in ipsa rerum natura et decentia fundantur. Porro hæ rationes multum ponderis ac efficacitatis habere debent, ut recte notavit Cano (lib. xii, *de loc. theolog. c. 14*), et abunde constat ex usu SS. Patrum, qui quoties de mysteriis ac perfectionibus Christi tractant, rationibus ac conjecturis ex decentia rei desumptis utuntur. Quinimo opinatur doctissimus Suarez, non sine singulari Spiritus sancti consilio factum esse nonnulla mysteria Virginis ac privilegia nec scripta, nec certa traditione recepta fuisse, ut occasio præberetur amplius recognoscendi hæc mysteria, amplius loquendi ac scribendi de Virgine ex principiis traditis plura ratiocinando ac colligendo. Quæ opinio Suarezii, si tantisper introspectiatur ac mente recogitetur, haud parum ad studium privilegiorum B. Mariæ incitat.

Usque nunc de locis primariis ac proprie dictis ex quibus omnis doctrina catholica haurienda est. Sed theologia Mariana non in his solis fontibus coarctatur. Plures scholastici eximia scripserunt ad laudem B. Mariæ, quorum scripta, tanquam rivuli ex his fontibus manantes, ad nos usque transmiserunt hanc doctrinam quasi limpidiorem, quatenus apud ipsos dilucidius expositam. Quorum vestigiis insistentes, conati

sumus apud ipsos ea seligere quæ utiliora judicavimus. Ut autem recte ac lucide incederemus inter asperitates quibus frequenter impediuntur materiae theologicæ; neque famulantes opinonibus singularibus ac pene fundamento destitutis, neque minus piis et gloriæ Virginis detrahentibus faventes, præter D. Thomam theologiæ principem, semper præ oculis habuimus tanquam ducem pium ac doctissimum Suarezum. Ille enim, et altitudine et abundantia suæ doctrinæ, inter præstantissimos facile eminet; idcirco præter nonnullas quæstiones ab ipso omissas quasque explanare enixi sumus, opus nostrum nonnisi tanquam pedissequam et ad mentem omnium accommodatam hujus insignis theologi doctrinam, habendum esse volumus, quod est satis illud commendare.


III. METHODUS OPERIS EXPOSITUR. — Ad methodum quod attinet, vestigia theologorum scholasticorum secuti sumus. Quamobrem, præter divisionem in capita et articulos, ut consuetum est theologis, formam syllogisticam necnon totum illum scholasticæ methodi ac argumentationis strepitum usurpavimus. Sed præter doctrinæ expositionem voluimus præbere materias quibus concionatores uti possint; inde variis argumentis inseruimus vel saltem adnotavimus quæ ex SS. Patribus vel ex celeberrimis auctoribus excerpta, magis ad rem pertinere nobis

visa sunt; item propositiones confirmavimus variis congruentiis quæ, etsi minus solide doctrinam probent, pietatem tamen fovere, mentem extollere solent. Exinde in nostro Tractatu non omnia siccitatem scholasticam redolent, hujusque compendiosæ doctrinæ corpus non tantum ossibus et nervis compaginatur, sed carne et colore efflorescit, quatenus ipsum textibus Patrum conspicuis necnon piis variorum auctorum excogitatis intexitur. Nec tamen limites tractatus theologici ad usum alumnorum accommodati prætergredi videbimus: nam plures sunt materiae quæ faciliori studio et brevissimo tempore exponi possunt, imo nonnullæ quæstiones minoris momenti a professoribus omitti, et ita vix paucis diebus studium cæterorum tractatum theologiæ intermittetur. Præterea ne abrumptatur materiarum series, ad calcem remisimus sub litt. *a, b, c, etc...* excerpta auctorum et textus SS. Patrum qui, vel præ numero vel præ extensione, molem tractatus ultra debitos terminos protendere potuissent.

Quoad stylum, nec flores, nec venustatem quæras in eo, Lector benevole. Etsi enim materiae theologicæ sermonis elegantiam non degiduntur, theologi tamen scholastici his leporibus et verborum circuitibus parum sunt assuefacti. Dummodo res perspicua sit, sin minus pulchre dicta, ignosce, Lector bone, et accipe doctrinam. « Quid prodest clavis aurea, si ape-

« rire quod volumus non potest , aut quid obest
 « lignea, si potest , quando nil quærimus nisi
 « patere quod clausum est? » (S. August.
 ib. iv, de Doct. Christi, cap. 8.)

Demum quidquid sit, dummodo in majorem
 Dei gloriam et B. M. V. honorem cedat hoc
 opusculum, nimiam laboris nostri mercedem
 accipiemus.



CAPUT PRÆVIUM

DIVISIO TRACTATUS

Tractatum de B. M. in tres Partes dividimus , qua-
 rum Prima tractat de dignitate Matris Dei ; Secunda
 de consectariis hujus dignitatis relative ad ipsammet
 B. M. ; Tertia de consectariis relative ad nos. Evolvi-
 tur hæc summaria divisio :

PARS PRIMA

DE DIGNITATE MATRIS DEI

Ab illa dignitate Tractatum perficiendum incipi-
 mus, quia est fons , radix et principium tum om-
 nium privilegiorum, tum omnium munerum quibus
 insignita fuit sanctissima Virgo. Porro circa hanc di-
 gnitatem duo præcipue nobis erunt resolvenda, nempe :
 1º Utrum B. Maria hanc dignitatem revera assecuta
 fuerit ? 2º Quanta sit hujus dignitatis sublimitas, sive
 in se spectetur, sive relative ad omnes alias dignita-
 tes. Deinde, solutis his duabus quæstionibus, non-

nulla inde deducemus corollaria maximi momenti relative ad materias in cæteris Partibus tractandas. — Ideo prima Pars in duo capita bipartita est, scilicet :

CAP. I. — B. MARIA VERE EST MATER DEI.

CAP. II. — SUBLIMITAS HUJUS DIGNITATIS.

PARS SECUNDA

DE CONSECTARIIS HUJUS DIGNITATIS RELATIVE AD IPSAMMET MARIAM

B. Virgo non potuit ad tantam evehì dignitatem, quin a Deo fuerit specialiter præparata. Et quidem debet omnino ut perfectissimæ sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret hæc mulier, cui Deus titulum Matris agnosceret. Exinde patet consectarium proximum ac inmediatum hujus dignitatis relative ad B. M. fuisse singularem ac omnino eminentem sanctitatem. Porro ut illa sanctitas apprime exponeretur, nos aliquem instituere ordinem inter varios aspectus, sub quibus considerari queat, necesse fuit, ne omnia simul et confuse amplectentes, singulas vicissim B. M. pulchritudines haud satis attente conspiceremus. Quapropter ordinem materiarum ordini temporis accommodavimus : exinde *Deiparam* primum consideravimus in mente Dei, ab æterno præelectam ad tantam perfectionem; deinde *Ipsam* in veteri Testamento per multas prophetias adumbratam ac præfiguratam; *Ipsam* postea, dum esset in via et probationi submitteretur, omnibus ornatam virtutibus, quibus pura creatura fulgere queat; *Ipsam* demum in termino im-

mensa coronatam gloria qua nunc fruitur. — Ideo illa secunda Pars Tractatus in quatuor capita absolvetur:

CAP. I. — DE PRÆDESTINATIONE B. MARIÆ.

CAP. II. — DE PROPHETIIS AC FIGURIS AD IPSAM SPECTANTIBUS.

CAP. III. — DE PERFECTIONE B. M. IN VIA, ubi disseremus de ipsius privilegiis :

1º EXTERNIS. — Inter illa annumeramus familiam, nomen, dotes corporeas, virginitatem ac matrimonium;

2º INTERNIS. — Inter illa recensemus sanctitatem (ubi de Concepcione immaculata), scientiam et gratias gratis datas.

CAP. IV. — DE GLORIA DEIPARÆ IN CŒLO TRIUMPHANTIS, ad quod absolvendum, disseremus de morte et assumptione, de visione intuitiva, necnon de aureolis B. Mariæ.

PARS TERTIA

DE CONSECTARIIS HUJUS DIGNITATIS RELATIVE AD NOS

Ut primo intuitu facile percipitur, ex eo quod B. M. fuerit Dei Mater, Ipsam cum hominibus quasdam speciales relationes contrahere necesse fuit. His relationibus fundata est quædam officiorum reciprocitas inter homines et gloriosam Virginem. — Ideo in tertia Parte duplex caput erit :

12 CAPUT PRÆVIVM, DIVISIO TRACTATUS

CAP. I. — DE OFFICIS DEIPARÆ ERGA HOMINES.

Inter illa officia duo præcipue recensemus, nempe officium Mediatricis et officium Matris.

CAP. II. — DE OFFICIS HOMINUM ERGA DEIPARAM.

Inter hæc officia cultum proprie dictum et invocationem annumeramus.

Ex dictis patet nos in divisione hujus Tractatus non intendisse singularitatem vel novitatem. Hanc provinciam novitatis aut singularitatis sibi adscribunt concessionatores, non theologi. Nobis videtur tractatum Theologiae in hoc præcipue excellere debere quoad divisionem materiarum, nempe 1º ut illa sit clara et naturalis, ad laborem memoriae sublevandum; 2º ut sit adæquata, id est, ut contineat omnes quæstiones quæ ad Tractatum pertinent. Ad hoc pervenire totis nervis enixi sumus; quod si minus felices plene non attigimus scopum, veniam concedat benevolus Lector.

TRACTATUS

DE

BEATA MARIA VIRGINE

PARS PRIMA

DE DIGNITATE MATRIS DEI

In hac prima parte Tractatus, duas præcipue quæstiones dilucidandas habemus, nempe : 1. Utrum Maria vere sit Mater Dei? 2. Qualis et quanta sic hæc dignitas?

CAPUT PRIMUM

UTRUM BEATA MARIA VERE SIT MATER DEI?

QUÆRITUR 1º — *Utrum posito decreto Incarnationis conveniens fuerit Deum sibi assumere matrem?*

RESP.— Deus equidem potuisset pluribus aliis modis illud mysterium adimplere, quod sic evolvit Francis cus Salesius :

« Ceci arrêté, Dieu pouvait faire en plusieurs façons l'humanité de son Fils en le rendant vrai homme, comme par exemple : en le créant de rien non seulement quant à l'âme, mais encore quant au corps ; ou bien formant ce corps de quelque matière précédente comme il fit celui d'Adam ; ou bien

12 CAPUT PRÆVIVM, DIVISIO TRACTATUS

CAP. I. — DE OFFICIS DEIPARÆ ERGA HOMINES.

Inter illa officia duo præcipue recensemus, nempe officium Mediatricis et officium Matris.

CAP. II. — DE OFFICIS HOMINUM ERGA DEIPARAM.

Inter hæc officia cultum proprie dictum et invocationem annumeramus.

Ex dictis patet nos in divisione hujus Tractatus non intendisse singularitatem vel novitatem. Hanc provinciam novitatis aut singularitatis sibi adscribunt concessionatores, non theologi. Nobis videtur tractatum Theologiae in hoc præcipue excellere debere quoad divisionem materiarum, nempe 1º ut illa sit clara et naturalis, ad laborem memoriae sublevandum; 2º ut sit adæquata, id est, ut contineat omnes quæstiones quæ ad Tractatum pertinent. Ad hoc pervenire totis nervis enixi sumus; quod si minus felices plene non attigimus scopum, veniam concedat benevolus Lector.

TRACTATUS

DE

BEATA MARIA VIRGINE

PARS PRIMA

DE DIGNITATE MATRIS DEI

In hac prima parte Tractatus, duas præcipue quæstiones dilucidandas habemus, nempe : 1. Utrum Maria vere sit Mater Dei? 2. Qualis et quanta sic hæc dignitas?

CAPUT PRIMUM

UTRUM BEATA MARIA VERE SIT MATER DEI?

QUÆRITUR 1º — *Utrum posito decreto Incarnationis conveniens fuerit Deum sibi assumere matrem?*

RESP.— Deus equidem potuisset pluribus aliis modis illud mysterium adimplere, quod sic evolvit Francis-cus Salesius :

« Ceci arrêté, Dieu pouvait faire en plusieurs fa-
« çons l'humanité de son Fils en le rendant vrai
« homme, comme par exemple : en le créant de rien
« non seulement quant à l'âme, mais encore quant
« au corps ; ou bien formant ce corps de quelque ma-
« tière précédente comme il fit celui d'Adam ; ou bien

« par voie de génération ordinaire d'homme et de femme; ou bien par génération extraordinaire d'une femme sans homme, et il délibéra que la chose se ferait en cette dernière façon. »

Itaque ad hanc quæstionem solvendam statuemus propositionem sequentem.

PROPOSITIO

CONVENIENTISSIMUM FUIT, POSITO DECRETO INCARNATIONIS, CHRISTUM SIBI ASSUMERE MATREM SEU NASCI EX FEMINA.

Hæc congruentia eruitur ex multiplici capite, nempe 1º ex parte Dei; 2º ex parte Christi; 3º ex parte nostri. (Conf. S. Thomam, Part. 3, quæst. xxxi, art. iv.)

1º *Conveniens fuit ex parte Dei.* — Illud opus est Deo convenientissimum in quo relucet ejus perfectiones: ad hoc enim totus mundus conditus est, ut gloriam Dei manifestet. Porro non tantum ex facto Incarnationis in se sumpto, sed etiam ex circumstantiis hujus mysterii, et præsertim ex eo quod Deus factus fuerit homo ex femina, mire relucet ac manifestantur Dei perfectiones, et præsertim Bonitas, Potentia et Sapientia.

1º *Bonitas.* — Bonum de se et ex natura sua est sui diffusivum et communicativum; unde conveniens fuit Deo utpote summe bono, ut ineffabili modo et in quantum fieri potest, se ad extra communicaret. Porro ad hunc scopum assequendum, non tantum necesse fuit Deum assumere naturam humanam per

unionem hypostaticam, quæ est supremus communicationis modus, sed insuper omnes alios modos præsertim perfectissimos affinitatis et cognationis cum suis creaturis contrahere. Jam vero infra unionem hypostaticam, nullus conjunctionis nexus aut intimior aut perfectior concipi potest inter Deum et creaturam quam divina maternitas, ut fuse demonstrabitur. Ergo 1º reluet Dei Bonitas.

2º *Potentia.* — Omnipotentia Dei non tam eluet patrando stupenda ac mirabilia quam agendo quæ sunt præter ordinem naturæ ac omnibus ejus legibus derogando. Porro, quid magis inauditum ac præter omnes leges naturæ quam miraculum divinæ maternitatis: ille enim qui dedit omnibus esse, vitam a creatura accipit; ille a quo omnia pendent, ipsem et a creatura pendet. Hinc prius auctor comparans illud miraculum omnibus miraculis veteris Testamenti: si leant, inquit, omnia hæc signa, quia licet magna, majora tamen absque ulla controversia quod femina generet Deum, creatura suum concipiat Creatorem, ac Incomprehensibilem suo utero comprehendat; majora quod fons parvus et signatus mare latissimum producat, stella pariat solem, vas conficiat suum sigillum, domus suum architectum condat, centrum totam sphærā claudat, punctum universum orbem includat: hæc nova magna, magna adeo sunt ut illa antiqua magna, magno intervallo ab his separantur. (Conf. Cartagenam, lib. vi, tom. XVIII.)

3º *Sapientia.* — Et quidem ex multiplici ratione:

Ratio prima. — Summum profecto divinæ sapientiæ opus est quod Deus nostram salutem reparet ac Satanam debellet per eadem instrumenta ac media

quibus ad nostram perniciem fuerat abusus. Porro diabolus **primum** hominem per mulierem tentaverat, ipsumque laqueis irretitum superaverat. Ergo congruebat omnino divinæ Sapientiæ ad nostram salutem feminam adhibere, quod et misericorditer fecit decernendo Christum ex femina nasciturum¹. Quinimo ad superbiam diaboli effiacacius retundendam, voluit Deus vitam nobis restitui per Mariam eodem modo ac infelix Eva nobis mortem attulerat. Has relationes inter Evam et Mariam sic evolvit Bossuetius :

« L'ouvrage de notre conception commence par « Ève, l'ouvrage de la réparation par Marie; la pa- « role de mort est portée à Ève, la parole de vie à la « sainte Vierge; Ève était vierge encore, et Marie

¹ Unde Tertullianus : « Deus imaginem suum a diabolo cap- tam æmula cooperatione recuperavit. »

« Le diable s'étant emparé de l'homme, qui était l'image de Dieu, Dieu a regagné son image par un dessein d'émulation. « Or, le principal effet de l'émulation, c'est de l'emporter sur notre adversaire dans les choses où il fait son fort, et où il croit avoir le plus d'avantage. C'est ainsi que nous lui faisons sentir sa faiblesse... Pour confondre notre ennemi, il fait tourner à notre salut tout ce que le diable a employé à notre ruine; il renverse tous ses desseins sur sa tête, il l'accable de ses propres machines, et il imprime la marque de sa victoire partout où il voit quelque caractère de son rival impuissant... Pour relever notre courage abattu, il se plaît à nous faire voir toutes les forces de notre ennemi renversées; et voulant nous faire sentir que nous sommes véritablement rétablis, il nous montre tous les instruments de notre malheur misérableusement employés au ministère de notre salut... Si tel est le dessein de Dieu, que tout ce qui a eu part à notre ruine doive coopérer à notre salut, puisque les deux sexes sont intervenus en la désolation de notre nature, il fallait qu'ils se trouvassent en sa délivrance. » (Bossuet, 4^e sermon pour l'Annonciation, 1^{re} p.)

« était vierge; Ève, encore vierge, avait son époux, et Marie, la Vierge des vierges, avait son époux; la malédiction est donnée à Ève, la bénédiction à Marie. L'ange de ténèbres veut élever Ève à une fausse grandeur, en lui faisant accepter la divinité : « Vous serez comme des dieux. » L'ange de lumière établit Marie dans la véritable grandeur par une société avec Dieu : « Le Seigneur est avec vous. » L'ange de ténèbres, parlant à Ève, lui inspire un dessein de rébellion; l'ange de lumière, parlant à Marie, lui persuade l'obéissance. Ève croit au serpent, Marie à l'ange. Ève, séduite par le démon, est contrainte de fuir devant la face de Dieu; et Marie, instruite par l'ange, est rendue digne de porter Dieu. Ève nous ayant présenté le fruit de mort, Marie nous présente le fruit de vie. »

Ratio secunda. — Relucet Sapientia divina in mysterio Incarnationis ex muliere, quia sic tota nobilitatur natura humana; uterque sexus et viri et feminæ maximo afficiuntur honore, et utriusque liberatio significatur. (S. Th. part. III, quæst. XXXI, art. IV.) Unde S. Augustinus : « Ne quis forte sexus a suo creatore se contemptum putaret, virum suscepit natum ex muliere. »

Ratio tertia. — Cum dogma Incarnationis sit totius Religionis Christianæ fundamentum, spectabat ad divinam Sapientiam ut illud mysterium eo modo perageretur quo omnes tum hæreticorum tum incredulorum spuriæ hujus dogmatis resecarentur explicaciones. Atqui, certe ad hunc finem assequendum, modus Incarnationis a Deo electus, fuit medium efficacissimum. Ergo. *Prob. minor* ex his verbis S. Augustini in

epist. ad Volusian. « Si omnipotens Deus hominem
 « ubicumque formatum non ex materno utero crea-
 « ret, sed repentinum inferret aspectibus, nonne op-
 « nionem confirmaret erroris, nec hominem verum
 « suscepisse ullo modo crederetur? et dum omnia mi-
 « rabiliter facit, auferit quod misericorditer fecit.
 « Nunc vero ille inter Deum et hominem mediator ap-
 « paruit, ut in unitate personæ copulans utramque
 « naturam, solita sublimaret insolitis et insolita tem-
 « peraret solitis. » Ergo¹.

¹ Ainsi s'exprime Newman : « Si vous voulez établir d'une manière nette, évidente, précise, la pensée de l'Église catholique, que Dieu est homme, pouvez-vous l'expliquer en termes plus clairs et plus énergiques, qu'en déclarant qu'il *naquit homme et qu'il eut une mère*? Le monde convient que Dieu est homme; cette concession lui coûte peu, mais le monde redoute de confesser que Dieu est fils de Marie. Il redoute de faire cet aveu, car cet aveu entraîne la réfutation de son incrédulité et le renversement de sa manière de voir les choses. La doctrine révélée prend, aussitôt cette vérité admise, sa forme véritable, et revêt son caractère de réalité historique. Le Tout-Puissant est introduit dans son monde à une certaine époque et d'une façon bien définie. Les rêves s'évanouissent, et les ombres disparaissent; la vérité de Dieu n'est plus une expression poétique, ni une exagération dévote, ni une dispensation mystique, ni un point de vue mythique... En reconnaissant que Marie est *Deipara ou Mère de Dieu*, on met la déclaration de l'Apôtre à l'abri de toute fausse interprétation, de toute hérésie, on déjoue toutes les ruses, on dénonce tous les complots de ces mauvais esprits de l'Antéchrist, qui se sont répandus dans le monde. Aussi, lorsqu'ils conspirèrent l'entier bouleversement de la foi chrétienne au xvi^e siècle, ils ne trouvèrent pas de moyen plus sûr d'atteindre leur but que de rabaisser et de blasphémer les prérogatives de Marie; car ils savaient bien positivement qu'une fois qu'ils auraient amené le monde à mépriser Marie, ils l'amèneraient bientôt à mépriser Jésus-Christ. Satan était en ceci du même avis que l'Église : il reconnaissait que la mère

II. *Conveniens fuit ex parte Christi.* — Christus ve-
 nit in mundum : 1^o ut nos ad ipsum amandum pelli-
 ceret; 2^o ut nobis omnium virtutum et præsertim hu-
 militatis et obedientiæ preberet exemplum. Atqui
 hunc duplum scopum per suam Incarnationem ex
 muliere optime assecutus est ; et 1^o suam misericor-
 diam ostendit : Quis enim ad Deum sub forma infantis
 latitantem, et inter cunabula vagitatem accedere
 non auderet? unde S. Bernardus : « Parvus Dominus
 « et amabilis nimis. » Præterea nascendo ex muliere,
 non tantum fit homo, sed frater noster, et carnem
 nostram revera induit¹. Ergo 1^o... 2^o Exinde mira

« et le fils étaient inséparables, et ce témoignage a été confirmé par une expérience de trois siècles; car les catholiques qui honorent la Mère adorent le Fils; tandis que les protestants, qui ont cessé de confesser le Fils, avaient commencé par insulter la Mère. »

¹ Hic referri possunt quæ præclare scripsit Mac-Carthy (*Sermon pour Noël*, 3^e point) : « Quoi de plus conforme à sa bonté que de naître d'une mère mortelle et dans l'état de l'enfance? Il semblerait peut-être, à consulter les idées humaines, qu'il eût été plus digne du Verbe incarné de recevoir un corps immédiatement formé des mains de Dieu, comme celui du premier Adam, et de venir au monde comme lui dans l'état d'homme parfait. Mais si telle eût été sa naissance, il n'eût point contracté d'union intime et indissoluble avec notre nature; il nous aurait été semblable, il est vrai, mais il serait demeuré étranger à notre sang et à notre race, et nous n'aurions pu qu'improprement nous dire ses cohéritiers et ses frères; au lieu que, recevant le jour d'une fille d'Adam, il a voulu être, ô prodige d'amour! l'os de nos os, et la chair de notre chair. Il a voulu s'incorporer avec nous, appartenir véritablement à la famille du genre humain. Pouvait-il porter plus loin la bonté?... Le ravissement du prophète redoublait en considérant cet adorable Rédempteur sous les humbles et aimables traits de l'enfance au berceau; il s'écriait : *Parvulus*

nobis præbuit exempla tum humilitatis, tum obediencie. Qui universo orbi imperat, humillimæ creaturæ fit subditus : « Et erat subditus illis. » Qui euncis vivere elargitur, ope aliena indiget ad vitam propriam sustentandam. Quid humilius ? Dat exemplum virtutis omnibus ætatis accommodatum, viris, adolescentibus, pueris, etc. etc. Ergo 2^o...

III. Conveniens fuit ex parte nostri. — Duplex datur ratio.

Ratio prima. — Ad mysterium Incarnationis peragendum, requirebatur ex parte nostri aliquis consensus, quia, ut ait S. Thomas (tertia pars, quæst. xxx, art. 1, 2), per illud mysterium intercedebant sponsalia seu spirituale matrimonium inter Verbum divinum et nostram naturam, et inter Christum et Ecclesiam; ad sponsalia autem et matrimonium requiritur consensus sponsæ. Porro genus humanum et Ecclesia ad dandum illum consensum non potuerunt melius repræsentari quam per hanc mulierem de qua nascetur Christus; et ideo antequam illud mysterium impleretur, hujus Virginis consensus expostulatus est, ut docet S. Thomas (*ibidem*). Ergo 1^o conveniens erat ex parte nostri.

Ratio secunda. — Conveniens erat quod sicut in ordine naturali pater et mater concurrunt ad nostram generationem, ita res se haberet quoad nostram generationem, in ordine supernaturali. In illo ordine patrem habemus Deum, ut docet Scriptura, et ita con-

« *natus est nobis. O le doux spectacle, en effet ! Qui ne serait ému jusqu'aux larmes en voyant la Divinité, si grande, si redoutable par elle-même, réduite par l'amour à ce qu'il y a de plus petit dans l'humanité ?* »

stituti sumus fratres ac cohæredes Christi. Porro ex eo quod Christus natus sit ex B. Maria, inde matrem habemus, et matrem cui omnem fiduciam habere possumus.

His consonant quæ præclare scripsit S. Bernardus (Serm. de Annunt.) : « Puto quod me non potest spernere Christus, quia os de ossibus meis et caro de carne mea. Nam major fraternitas est inter nos et Dominum quam inter Dominum et angelos : nam fraternitas angelorum est ex parte patris tantum ratione creationis, inter nos vero et cum eo est fraternitas ex parte patris et matris : ex parte patris ratione creationis, ex patre matris ratione susceptæ humanitatis. » Ergo...

QUÆRITUR 2^o Utrum B. Maria revera sit Mater Dei?

Resp. Ad questionem solvendam, primum recenseri debent varii errores qui contra hoc dogma insurrexerunt.

Inter hæreticos, alii hanc dignitatem B. Mariæ indirecte impugnavere, hi scilicet omnes qui vel divinitatem Christi vel ejus humanitatem inficiati sunt.

Alii directe B. Mariæ divinam maternitatem suis blasphemis impugnavere. Porro hi posteriores iterum in duas classes dividi possunt, non enim eodem modo hunc errorem professi sunt; plures enim, etsi admirerint Christum esse verum Deum et verum habere corpus, attamen hoc corpus, non ex Maria fuisse formatum, sed e cœlo delapsum et per B. Mariam quasi per canalem transmissum fuisse pertinaciter docuerunt. Cæteri, nempe Nestorius et ejus asseclæ, contenderunt inter divinam humanamque naturam in Christo non intercessisse unionem hypostaticam, sed tantum-

modo moralem ac externam conjunctionem, ita ut in Christo duas agnoscerent personas. Exinde primum erat inferre B. Virginem, licet vera et propria Mater Christi, vere et propria Matrem Dei seu Θεοτόκου nullatenus appellari posse, sed tantum Χριστοτόκου quippe quae non Deum sed hominem peperisset. His præsuppositis, quoad hæreticos qui vel Christi divinitatem vel ejus humanitatem impugnavere, hic non immorramur in ipsis confutandi, cum in Tractatu Incarnationis fuse sint confutandi. Contra alias qui vel B. Mariam corpus Christi genuisse, vel ipsam esse proprie Dei genitricem directe negaverunt, duplicum instituimus propositionem.

PROPOSITIO PRIMA

B. MARIA CHRISTUM QUATENUS HOMINEM VERE GENUIT
EX SUA SUBSTANTIA (Propositio est de fide.)

*Prob. 1^o ex Scriptura sacra. In Scripturis B. Virgo dicitur simpliciter **Mater Christi**: *Erat Mater Jesu ibi. Unde hoc mihi ut veniat Mater Domini mei ad me?* Passim testantur Scripturæ B. Mariam peperisse, concepisse Christum. Porro illæ locutiones, *Mater, conceptio, partus, non possunt intelligi nisi quatenus corpus Christi fuerit formatum ex corpore B. Mariæ.* Confirmatur ex his verbis Isaiæ II: « Egredietur Virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. » Unde sic: Christus ex Virgine natus est quemadmodum flos ex arbore producitur. Atqui flos ex arboris substantia producitur. Ergo a pari...*

Prob. 2^o ex traditione. Hoc aperte tradunt omnes sancti Patres; et tam universaliter tamque constans est hæc traditio, ut non necesse sit illam ex testimoniis positivis adstruere: sufficit eam negative comprobare ex eo quod hi omnes qui contra hanc veritatem insurrexerunt, semper tanquam hæretici habiti fuerint.

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

*Objicies: 1^o Joseph dicitur in Evangelio Pater Christi: *Ecce pater tuus et ego;* et tamen ex catholicis non est pater Christi. Ergo a pari.*

*Nego conseq. et paritatem. Etenim 1^o in Evangelio dicitur *ut putabatur filius Joseph,* quod de Virgine nunquam dictum est; 2^o nunquam dicitur in Evangelio Joseph genuisse Christum, dum dicitur Mariam ipsum concepisse et peperisse.*

*Objicies: 2^o Christus nunquam vocavit Mariam matrem, sed tantummodo mulierem, imo apud sanctum Matth. matrem negare visus est, dicens: *Quæ est mater mea?* et alibi: *Quid mihi et tibi est, mulier?* Ergo Maria non est Mater Christi.*

Nego conseq. Itaque ad 1^{um} dico Christum hoc modo locutum fuisse quia ita suadebant tum modestia, tum gravitas; ad 2^{um} Christum in hoc casu non negasse matrem suam, sed his verbis voluisse tum reprehendere qui ipsum concionantem importune interpellabant, tum docere propter consanguineos non esse opus Dei omittendum; ad 3^{um} Dominus Jesus erat simul Deus et homo. Porro cum mater ab ipso quereret miraculum, quod est effectus divinitatis, ideo recte dicit sub hoc respectu nihil sibi et illi esse commune.

PROPOSITIO SECUNDA

B. VIRGO VERE AC PROPRIE VOCARI POTEST MATER
DEI (Est de fide.)

Probatur 1º Propositio pertinet ad fidem, namque definita fuit in conc. Ephes., can. 1, his verbis : « Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, et propterea Dei Genitricem sanctam Virginem, anathema sit. » Item in conc. Constantin. II, anath. VI : « Si quis abusive sed non vere Dei Genitricem dicit sanctam gloriosam semper V. M., anathema sit. »

Prob. 2º ex traditione et ex auctoritate Patrum. Circa traditionem nulla ambiguitas esse potest ex eo tempore quo Nestorius tanquam haereticus damnatus est. Quoad tempora quae Nestorium praesesserunt, eadem traditio constat ex multis PP. testimoniis, sed præsertim ex testimonio Theodorei testantis « antiquos catholicæ fidei præcones ex apostolica traditione docuisse Matrem Domini memorandam colendamque esse ut Dei Genitricem. » Item testatur hanc traditionem haec amara irrisio, qua impius Apostata Julianus christianos prosequebatur, ex eo quod Matrem Christi Dei Genitricem vocarent : « Atqui vos, inquit, Mariam non cessatis vocare Θεοτόκον. »

Prob. 3º ex rationibus theologicis. Ex eo dicitur mulier mater alicujus, quod eum conceperit et genuerit. Atqui B. Virgo verum Deum concepit et genuit. Ergo... Constat minor tum ex Scriptura ubi Christus

qui est Deus dicitur ex B. Virgine conceptus et genitus : « Quod ex te nascetur vocabitur Filius Dei; » tum ex regula circa communicationem idiomatum. — Insuper eadem minor sic probari potest : Concipi et generari tribuitur personæ et ad eam terminatur; non enim dicimus naturam concipi aut nasci, sed personam. Atqui in Christo unica est persona, eaque divina, ad quam in primo instanti conceptionis assumpta est natura humana in utero Virginis. Ergo B. Virgo vere concepit et genuit personam divinam seu Deum, nimirum in natura humana. Ergo...

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies 1º Divinitas non est assumpta ex B. Virgine, ergo non est mater Dei.

Nego consequentiam. Ut enim mulier sit et dicatur mater alicujus, non est necesse ut ex se conferat totum quod est in composito, sed sufficit quod ex ea assumatur corpus, ut patet in homine cuius anima non est ex matre, quae tamen dicitur mater hominis; in Christo autem corpus est assumptum ex B. Virgine. Nec dicas matrem hominis esse saltem consubstantialem suo filio, quod non evenit in praesenti casu; namque illa consubstantialitas ex parte quidem existere debet, sed non requiritur ut sit ex toto, ut ait Billuart (*De Incarn.* dissert. IV, art. 4, obj. 9. *Urgebis*). Hujus rei quidem non habemus exemplum in natura; sed quid inde?

Insistes 2º Actio B. Virginis terminata est ad naturam humanam priusquam assumeretur a Verbo; prius est enim esse quam uniri : ergo non potest dici Mater

Dei nisi improprie, id est Mater illius qui postea factus est Deus.

Dist. antecedens. — Actio B. Virginis terminata est ad naturam humanam priusquam uniretur Verbo prioritate naturae, *concedo*, prioritate temporis, *nego*. In eodem enim instanti reali conceptionis in utero B. V., Verbum univit sibi hypostaticę humanitatem ex Virgine assumptam, unde actio ejus generativa ad Verbum terminata est.

QUÆRITUR quænam relationes physicæ inter Christum et Mariam defluant ex maternitate divina?

Respondeo 1º Quod cum Maria vere ac proprie ex sua substantia concurrenit ad fabricandum corpus Dei, probabilius aliqua substantia corporis Virginei ex quo constitutum fuerit corpus Dei, etiam nunc perserueret unita hypostaticę Verbo Dei, quod sic probatur:

1º Innuitur apud SS. Patres. Hæc sententia videtur esse conformis menti et locutionibus SS. Patrum et præsertim S. Augustini: « *Caro Christi*, inquit, *caro est Mariæ*; » et infra: « *Caro Christi*, quamvis *gloria resurrectionis fuerit glorificata, eadem tandem mansit quæ suscepta est de Maria.* » Plures alii eodem sensu loquuntur.

2º Suadetur ex ratione. Duplex afferi potest ratio ad hanc sententiam comprobandam; nempe ratio physica, et probabilis conjectura. Et 1º Ratio physica. Magis enim recepta videtur hodie tum apud physicos, tum apud medicos, ait Perrone (*De Resurrectione*, obj.), hæc opinio ex qua corpus humanum non quoad totam renovatur per nutritionem, sed tantum quoad quædam elementa. Idem admittit de Rhodes et exponit tanquam sententiam philosopho-

rum ac medicorum (*Dignit. Mat. Dei*, sect. II, § 2). Idem opinatur Suarez ex variis aliis rationibus physicis (*Loco jam citato*). — 2º Probabilis conjectura. Admisso enim quod ex lege ordinaria res non ita se habeant, probabile est ex speciali providentia et ex voluntate ipsius Christi hoc factum fuisse ad honorem B. Mariæ. Quemadmodum enim filii quædam parentum, v. g.: capillos in memoriam et ad solatium suum habere ambient et delectantur, sic et Christus, filiorum amantissimus, censendus est ex amore matris servasse quam ab ipsa acceperat substantię partem. — Ita communiter theologi et præsertim Suarez.

Exinde colliges quod per sacram communionem, in divina Eucharistia, veram carnem B. Mariæ suscipimus; nam, ex dictis, ipsissima caro B. Mariæ in corpore Christi retinetur. Unde S. Augustinus: « *De carne Mariæ carnem accepit, et ipsam Mariæ carnem nobis manducandam ad salutem dedit.* »

Respondeo 2º Controvertitur utrum scilicet B. Maria fuerit causa physica instrumentalis Incarnationis, id est, utrum fuerit exhibita tanquam instrumentum physicum ad conjungendas inter se in persona Christi, nexus mirabili unionis hypostaticæ, tum naturam divinam, tum naturam humanam. Rationes dantur hinc et inde⁴.

⁴ Affirmant non pauci (de Rhodes, Granado, Hurtadus, Vega), tum quia illud non repugnat, tum quia hæc sententia B. Mariæ maiorem confert gloriam et dignitatem. — Negant tamen communius autores (Suarez, *de Incarnat.* vol. I, disp. xi, sect. 1; — S. Th. 3^a part. quæst. 32, art. 4; — Billuart, *de Incarnat.* dissert. v, art. 4), quia non datur ratio positiva illud admittendi;

CAPUT SECUNDUM

QUANTA SIT DIGNITAS MATRIS DEI

Hæc dignitas dupli^c modo considerari potest, nempe 1^o absolute in se et absque comparatione ad alias dignitates; 2^o relative seu per comparationem ad alias dignitates.

ARTICULUS PRIMUS

DE DIGNITATE MATRIS DEI ABSOLUTE CONSIDERATA

Sane hæc dignitas tanta est ut, juxta S. Bernardinum, soli Deo cognoscenda reservetur. Ut illam tamen pro modulo nostro explicemus, per plures propositiones statuemus ac explanabimus diversas prærogativas huic dignitati annexas, scilicet: 1^o Hanc dignitatem inducere cum tribus Personis sanctæ Trinitatis perfectissimam affinitatem; 2^o conferre B. Mariæ aliquod jus in ipsum Christum; 3^o ipsam constitutere reginam totius universi et omnium creaturarum.

non requiritur enim ille concursus physicus ad salvandam maternitatem divinam.

Hanc questionem tanquam subtiliorem et omnino inutilem relinquimus.

PROPOSITIO PRIMA

MATERNITAS DIVINA EST PERFECTISSIMA CUM TRIBUS PERSONIS SS. TRINITATIS AFFINITAS ET BEATAM MARIAM TANQUAM COMPLEMENTUM TOTIUS TRINITATIS CONSTITUIT (a).

Probatur prima pars. — Nempe est cum tribus personis perfectissima affinitas.

Et 1^o cum persona Patris.

Prob. Beata Maria participat secunditatem ac potentiam generativam Patris. Ergo cum ipso intimius conjungitur.

Prob. antecedens. Nempe B. Mariam sociari potestati generativæ Patris, tum quia utraque generatio et Dei Patris et Mariæ ad eumdem filium terminatur, tum quia utraque simili etiam aliquo modo producitur: Deus generat filium totaliter ex sua substantia; B. Maria eumdem generat Filium totaliter ex sua substantia; Deus Pater est et virgo permanet; gloria Virgo fit mater, et tamen virginitatem servat illæsam; demum Christus est Filius unicus Patris, ita et Filius unicus matris. — Hanc doctrinam mire extollunt SS. Patres, sed præsertim S. Anselmus: « Intendat mens humana, intendat et videat et admittatur. Unicum Filium sibi consubstantialem Deus progeniuit; hunc sibi tam unicum et in omnibus omnino æqualem non est passus remanere solummodo suum, sed eumdem ipsum voluit esse B. Mariæ unicum et dilectissimum et naturalem filium;

« nec ita ut duo essent, unus videlicet Dei Filius et
 « alius filius B. Mariæ, sed unus et idem qui filius
 « Dei est in una persona filius esset Mariæ, et qui
 « Filius B. Mariæ idem Filius esset Dei. » Ergo
 1º B. Maria participat fecunditatem Patris.

Prob. consequent. Nempe B. Mariam non potuisse
 huic fecunditati consociari quin inde intimius cum
 persona Patris conjungeretur. Namque, cum Christus
 sit simul et Filius unicus Patris et Filius unicus
 Matris, cum in ipso mirabiliter coadunentur et subs-
 tantia Patris et substantia Matris, hinc constituitur
 inter Patrem et Mariam, in persona Filii, quædam
 substantiæ identitas, quo nexus nihil mirabilius ac
 intimius concipi potest. — Præterea eo perfectior est
 simul ac nobilior aliqua unio, quo perfectius et nobi-
 lius est vinculum unionis. Jam vero illud vinculum
 non est aliud nisi Christus Dominus noster, qui est
 Deus, splendor et gloria Patris, qui est simul figura
 et imago Patris, figura et imago Matris. Hinc idem
 Bossuet (*Sermon pour la Nativité*, 2º point) : « Après
 « cela, ô Marie, quand j'aurais l'esprit d'un ange et
 « de la plus sublime hiérarchie, mes conceptions se-
 « raient trop ravalées pour comprendre l'union très
 « parfaite du Père éternel avec vous. Vous associant
 « à sa génération éternelle, il vous a fait mère d'un
 « même fils avec lui..... O prodige, ô abîme de cha-
 « rité!... il a voulu que vous fussiez la mère de son
 « Fils unique et être le Père du vôtre. » Ergo 2º...

IIº Est perfectissima affinitas cum persona Filii.
 Illud non indiget probatione, namque Mater et Filius
 aliquo modo identificantur; Filius enim substantia
 est suæ Matris, et Mater substantia ipsa Filii; unde

Petrus Damianus : « Idem est Jesus et Maria; » et
 Arnaldus Carn. : « Unica est Christi et Mariæ caro; »
 et S. Bernardus : « Quām familiaris ei facta es, inquit,
 « quam proxima, imo quam intima fieri meruisti!
 « in te manet, et tu in eo; tu vestis eum, et vestiris
 « ab eo; vestis eum substantia carnis, et vestit ille te
 « gloria majestatis; vestis solem nube, et sole ipsa
 « vestiris; » et Petrus Damianus hæc ait : « Cum
 « Deus in aliis rebus sit tribus modis, in Virgine
 « fuit quarto speciali modo, scilicet, per identitatem,
 « quia idem est quod ipsa. Hinc taceat et contremiscat
 « omnis creatura, et quis audeat aspicere tantæ
 « dignitatis immensitatem! »

¹ Sic evolvit miras relationes B. Mariæ cum persona Filii,
 auctor discursuum super Litanias Lauretanæ Miechoviensis (*Discours 81*) : « Div. Bernardinus docet Virginem gloriosam con-
 junctam fuisse Filio quadrupliciter : in Incarnatione, in Conver-
 satione, in Passione, in Glorio : »

« In Incarnatione per carnis identitatem; quia eadem caro
 « quæ fuit Virginis, facta est Filii Dei, ut supra explicavimus.
 « In Conversatione per familiaritatem. Ipsa namque hunc quem
 « in utero gessit partuque felicissimo edidit, aluit, fovit, in præ-
 « sepio reclinavit, vestivit, a facie Herodis in Egyptum fugiens
 « abscondit, omnem infantiam ejus affectu matris prosecuta est,
 « jugiter lateri ejus adhæsit comes individua, nullo fere tempore
 « abfuit, simul oravit, simul jejunavit, simul comedit, simul
 « contemplata est, simul cœlestibus desideriis inflammata, simul
 « sanctis operibus vacans... Benedicta illa dierum et mensium
 « intervalia quibus illa cum Unigenito suo in eadem domo con-
 « versata est!

« In Passione per compassionem. Nam cum discipuli et amici
 « et omnes noti se in pedes conjecterunt, sola Virgo ei adhæsit,
 « eumdem passionis dolorem cum eo passa est: quod Filius in
 « carne, hoc B. Virgo in corde pertulit. Propterea D. Chrysost.
 « in mysterio sacratissimæ passionis Domini duplex altare con-
 « templatur: unum in quo Christi corpus in cruce per passionem

IIIº Est perfectissima cum persona Spiritus sancti affinitas.

Prob. B. Maria est Sponsa Spiritus sancti, ergo cum ipso habet arctissimam conjunctionem. Quod autem Maria sit Sponsa Spiritus sancti, Scripturæ asserunt, Patres suffragantur, ratio demonstrat. Et 1º Scriptura : Totus enim Canticorum liber epithalamium est non solum Verbi et Humanitatis, sed etiam Spiritus sancti cum Maria Sponsa, ut notat S. Bernardus et interpretes communius.

2º Patres qui de nuptiis B. Mariæ cum Spiritu sancto frequentissime disserunt : « Ipse Spiritus Dei, » ait Anselmus, corporaliter in eam venit, singulariter gratia præ omnibus quæ creata sunt, re- « quievit. »

3º Denique rationes adsunt non ita spernendæ. Etenim Spiritus sanctus in mysterio sanctæ incarnationis aliquo modo vices supplevit viri, quem ipsius mystico spiramine corpus Christi in sinu B. Mariæ fuerit elaboratum usque ad perfectam organisationem ac ultimam dispositionem, ut facile eruitur ex his verbis : *Spiritus sanctus superveniet in te, et Virtus Altissimi obrumbrabit tibi.* Imo ex Spiritu sancto et Maria gignuntur electi omnes. Denique ad connubium necessaria sunt quatuor : mutua traditio, mutuuus

« offerebatur, alterum in quo anima Matris per compassionem transfigebatur.

« In Gloriæ per beatitudinem. Namque ad ipsum thronum regium subiecta est : « Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. » Quæ verba de gloria Virgine interpretantur plures sancti Patres; accinit Ecclesia : « Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio. »

amor, individua vitæ consuetudo, communicatio bonorum quæ in Maria quam perfecta fuerint non est opus dicere. (De Rhod. Quæst. II, *de M.*, sect. III, § 2.)

Probatur secunda pars. Nempe constituit Beatam Mariam complementum totius Trinitatis non essentiale et intrinsecum, sed accidentale et ad extra. (Ita Contenson, *Theol. spirit. et mentis*, tom. III, cap. II. — Lazerda, *Maria effigies Trinitatis*. — Vega, *Theol. Marian. Palæstra* XXXI. — D'Argentan, *Grandeurs de la sainte Vierge*, tom. I. — Le cardinal de Bérulle, *Grandeurs de Jésus*; et de Rhodes, loco citato, § 3. — Item Salazar, *de Concept.* (b).)

Prob. B. Maria quasi novas relationes inter personas divinas constituit ex quibus in immensum crescit gloria externa et accidentalis unius cujusque personæ.

Et 1º *Gloria Patris.* Confert enim personæ Patris auctoritatem in filium quam ante Incarnationem non habebat : quod sic evolvit cardinalis de Bérulle : « Vous êtes mère de celui dont le père seul entre les personnes divines est père; et le père éternel, qui vous devance une éternité dans la production de son fils, ne vous devance pas un seul moment en l'exercice de son autorité sur lui. Et en vous et dans vos flancs commence ainsi la première puissance sur un si digne sujet; et la plus haute, la plus digne, la plus souhaitable que le Père éternel aura jamais, qui est la puissance sur son Fils incarné. » Deinde pergit : « Mystère qui, par ce moyen, rehausse et agrandit la couronne du Père éternel d'une dignité infinie : car ce n'est comme rien à Dieu de commander aux créatures; mais commander à un

« sujet si digne qu'il est infini en sa dignité, qu'il est
« Dieu, c'est chose digne de Dieu même. » (*De l'état
et des grandeurs de Jésus. Discours 1.*)

2º Dat personæ Filii generationem et existentiam temporalem qua non gaudebat, ante Incarnationem ex utero Matris.

3º Dat Spiritui sancto fecunditatem. Tertia Trinitatis persona infecunda est, cum procedat ex Patre et Filio et ab ipsa nulla alia persona procedat. Jam vero ope maternitatis divinæ Spiritus sanctus infecundus non est; namque superveniens in Mariam et sua infinita virtute ipsam obumbrando fit principium activum generationis temporalis Christi, ut docet div. Thomas.

— Hanc doctrinam sat luculenter exponit Aug. Nicolas (*Plan divin. liv. III, ch. iii*): « Ce n'est qu'après les saints Pères que nous osons dire que Marie complète la Trinité. Si hardie que soit cette expression, il faut en accuser moins ceux qui l'emploient que l'indigence, en un pareil sujet, du langage humain qui la fournit; car, si elle est impropre en ce sens que rien ne saurait manquer à la plénitude de l'être, elle est juste en ce sens qu'il a plu à Dieu de tirer des trésors de cette plénitude, de nouveaux rapports qui en complètent et en rehaussent la manifestation, et de les former, de les nouer par Marie. »

PROPOSITIO SECUNDA

DIGNITAS MATRIS DEI CONFERT B. MARIE ALIQUOD JUS IN IPSUMMET CHRISTUM, SCILICET, JUS STRICTUM ET PROPRIE DICTUM AD IPSIUS AMOREM ET REVERENTIAM, JUS VERO NON ADEO STRICTUM AD OBEDIENTIAM.

Prob. 1^a pars, nempe: Mariam habere jus strictum ad amorem et reverentiam Christi.

Obligatio ex parte filiorum diligendi ac honorandi parentes fundatur jure stricto et naturali. Ergo Christus quatenus homo ligatus fuit illo præcepto, ac proinde debuit et etiam nunc debet Matri suæ amorem ac reverentiam. — *Prob. consequens*. Christus quatenus homo et filius hominis debuit subjici omnibus officiis quæ annectuntur jure naturali nostræ conditioni, et subsequuntur filiationem humanam, dummodo non repugnant cum unione hypostatica. Porro obligatio diligendi et reverendi Matrem non repugnat cum unione hypostatica, ut patet¹.

¹ Relative ad primam partem hujusce Propositionis secundæ, S. Bernardinus Senensis comparat reverentiam Christi erga Matrem venerationi quam habuit Salomon rex erga Bethsabe. Legitur enim quod surrexit in occursum ejus, deinde quod eam adoravit, tertio quod posuit illi thronum suo æqualem, et collocavit ad dexteram suam; postremo dixit ei: Pele a me, mater, neque enim fas est... Porro 1^o Deus Marie Filius surrexit in occursum, eligens illam in matrem præ omnibus aliis quarum existentia prævisa erat, conferens illi justitiam originalem cumulumque bonorum omnium naturæ et gratiæ. 2º Adoravit eam, obediens illi accuratissime, eam omni ubique honore præveniens; Deus enim plus honoravit illam quam omnes homines et omnes

Prob. 2^a pars, scilicet : B. Mariam non habere jus adeo strictum ac proprie dictum ad obedientiam Christi.

Ille non potest esse subjectus parenti ex jure naturali, qui ex ratione intrinseca, id est, ex natura sua est rex universalis totius esse creati, et verus superior suae matris; alias esset simul superior et inferior sub eodem respectu et erga eamdem personam, quod implicat. Atqui, Christus etiam quatenus homo, est rex universalis et superior cuiuslibet creaturæ, ratione unionis hypostaticæ, ut demonstratur in Tractatu de Incarnatione. Ergo...

Præterea, inter homines emancipatio extrahit filium a potestate parentum, ita ut post emancipacionem non teneatur stricte ipsis obedire. Porro unio hypostatica cum persona divina multo efficacior esse debet ad hunc finem attingendum quam humana emancipatio. (Ita communiter theologi, Vasquez, Suarez, Toletus, de Rhodes (*ibidem*) contra plures.)

His auctoribus plures non assentiantur, præsertim Contenson, et ratio est quia jus regni ex unione hypostatica defluens non aliud requirit nisi ut Christus non teneatur obedire Matri in his quæ possent regiminis universalis bonum et œconomiam impedire, quia bono communi, quod divinus est, et Rex, et mater regis obtemperare tenentur.

angelos simul sumptos : ideo in illius honorem tot constituta videmus festa, tot creata templa, tot imagines, tot pietatis officia decreta. 3^o Collocavit Matrem ad dexteram suam in gloria : *Astitit Regina a dextris.* 4^o Preces ejus tanti facit, ut nefas ducat illis non obtemperare : *Pete a me, mater, neque...* Omnia enim obtinet gloriosa Virgo a Filio suo.

Dixi in Propositione jus adeo strictum, quia rejecto stricto jure, ultro admittimus apud B. Mariam aliquod jus latum natura et amore fundatum, ad Christi obedientiam. Nedum enim jus illud deroget dignitati Christi, imo pietati ejus filiali omnino consonat.

Circa eamdem quæstionem confer, *theolog.* Knoll, *de Beata Maria*, p. 345.

PROPOSITIO TERTIA

DIGNITAS MATRIS DEI IPSAM CONSTITUIT REGINAM TOTIUS UNIVERSI ET OMNIUM CREATURARUM, ID EST, IPSI CONFERT IN OMNES CREATURAS IMPERIUM VERUM AC PROPRIE DICTUM

*Prob. 1^o ex SS. Patribus. — SS. Patres agnoscent B. Mariam esse reginam, dominam totius universi, et hanc potestatem quam ipsi agnoscent inferunt ex conjunctione quæ vi maternitatis inter Deum et Mariam existit. Ita S. Athanasius : « Si ipse rex est qui natus est de Virgine, mater quæ eum genuit regina ac domina proprie ac vere censemur. » Ita Damascenus (lib. iv, *de Fide*, cap. 15) : « Maria rerum omnium conditarum effecta est domina, cum Creatoris mater exstitit. » Ita SS. Anselmus, Augustinus. — Et ratione confirmatur. Inter matrem et filium existit quædam substantiæ unitas, adeo ut filius considerari possit tanquam pars parentis; sed ista substantiæ unitas congrue importat secum quamdam bonorum communitatem, juxta illud verbum pii auctoris : « Neque a dominatione Filii Mater potest esse sejuncta : una est Maria et Christi caro. » Eodem sensu loqui-*

tur S. Antoninus his verbis : « Ecclesia non est tan-
« tum sub Virginis patrocinio, verum etiam sub do-
« minatione ac potestate. »

Prob. 2º ex ratione. Agnoscendum est B. Mariam habere verum dominium tum proprietatis, tum jurisdictionis in res universas, si rationes ex quibus tale dominium Christo conceditur aliquo modo pro B. Virgine militant. Atqui res ita se habet. Ergo...

Prob. min. Prima ratio desumitur ex dignitate infinita humanitatis Christi. (Lugo, *ibidem*). Quemadmodum enim ipsi debentur connaturaliter aliæ excellentiæ propter unionem hypostaticam cum Verbo divino, ita et dominium universale rerum omnium et personarum. Porro a pari dignitas Matris Dei tanta est, ut ipsi tribuenda sint omnia privilegia quæ alicui creaturæ tribui possunt. Ergo et illud dominium ipsi concedendum est. — Secunda ratio cur Christus dicatur habere dominium in universos homines, deduci potest ex eo quod sit Redemptor omnium ac jus in ipsos acquisierit per sanguinem suum. Jam vero universa non possunt referri ad Christum tanquam ad omnis reconciliationis fontem, quin secundario religerentur ad Mariam quæ est mater Reconciliatoris. Ergo... Exinde pulchre S. Bernardus : « Maria omnibus facta, omnibus misericordiæ sinum aperuit ut de plenitudine ejus accipiant universi : peccator veniam, justus gratiam, angelus laetitiam, tota Trinitas gloriam, denique Filii persona humanæ carnis substantiam : ita ut nemo sit qui se abscondat a calore ejus¹. »

¹ Hæc ratio valet etiam pro angelis, admissa quod Christus ipsis meruerit gratiam essentialiem, ut multi volunt, et fuse probat D. Combafot. (*Conf. sur la sainte Vierge*, 2^e conf.)

3º *Confirmatur* ex auctoritate Ecclesiæ et theologorum. In precibus liturgicis Ecclesia vocat Mariam simpliciter *Reginam Dominam angelorum*. Porro hæc verba sensu obvio sumenda sunt et de regno proprio dicto intelligenda; nihil enim indicat ipsa ad sensum alienum esse detorquenda. — Aliunde gravissimi theologi, ut Suarez, Lugo, Vasquez, docent cultum B. Mariæ debitum, esse cultum duliæ stricte dictum, quia sumus B. Mariæ famuli, et non tantum cultum honoris, quo alios sanctos veneramur. Ergo B. Maria verum habet dominium. (Ita de Rhodes, quæst. II; sect. III, § 8; — Suarez, vol. 2, disput. XXII, sect. II; — S. Ligorius et auctores ascetici¹.)

QUÆRITUR quænam sit natura hujus dominii?

Resp. Equidem sat difficile videtur præcise determinare hujus dominii extensionem. Forsitan dici posset tale esse istud imperium quale esse solet apud insignem reginam propter suam conjunctionem ad regem. Ita explicat S. Athanasius, dicens illud esse secundum sexum feminine; et huic explicationi Suarez assentire videtur. (Suarez, *ibidem*.)

Quidquid sit, nobis videtur quod, propter illud singulare dominium, et homines et angeli ipsi obedire

¹ Inde P. Combafot : « Il nous importe de comprendre, dit-il (après avoir prouvé cette royauté, *Conf. sur la sainte Vierge*, 2^e conf.), comment la royauté de Marie sur le monde angélique est pour nous un gage de confiance et de salut. Il nous importe de chercher dans ce grand privilège un asile assuré contre les embûches du démon. Les anges demeurés fidèles sont les serviteurs et les sujets de Marie; ils sont heureux d'accomplir les messages qu'elle leur confie; elle a sur eux un empire qui les honore et qu'ils aiment...» (L'auteur fait voir ensuite son pouvoir sur les démons. (*Ibid.*))

teneantur, dæmonesque ipsius potestati subjiciantur, ita ut possit illos pro nutu suo repellere, ac in infernum detrudere. Quousque autem se extendat hujus potestas relative ad universum physicum, definire non audemus. Supponit Suarez et docet (*Disput. XIII, sect. I*) B. V. non habere facultatem operandi miracula volendo et creaturis imperando, sed tantummodo, Deum rogando.

*FLAMMAM
VERITATIS*

ARTICULUS SECUNDUS

DE DIGNITATE MATRIS DEI RELATIVE AD ALIAS
DIGNITATES

Ad solutionem hujus questionis, *prænotandum est* hanc eximiam dignitatem considerari posse vel *adæquate* vel *inadæquate*: *adæquate*, id est, cum omnibus donis ac privilegiis quæ secum congrue et quasi connaturaliter involvit; *inadæquate*, id est, solitarie ac separatis ab his omnibus donis ac privilegiis. His positis, hæc statui potest Propositio.

PROPOSITIO

POST UNIONEM HYPOSTATICAM, DIGNITAS MATRIS DEI
ADÆQUATE SUMPTA, OMNES ALIAS DIGNITATES EXIS-
TENTES SUPEREMINET IMO TANTA EST, UT AD MAJOREM
MERA CREATURA EVEHI NEQUEAT.

Prob. 1^a pars. Hæc prima pars satis per se patet; si qua enim existeret difficultas, oriretur præsertim ex

comparatione divinæ maternitatis cum gratia sanctificante; sed illa statim evanescit: nam dignitatem Matris Dei adæquate consideramus, id est, omnia gratiæ dona supponentem ac secum involventem. Insuper abunde constabit ex dicendis pro secunda parte per argumentum a fortiori.

Prob. 2^a pars. Hæc sententia admittenda est quæ insinuatur in Scripturis, solide ex traditione adstruitur, et ex validissimis rationibus evincitur. Atqui ita est propositio: ergo admittenda est.

1^o *Insinuatur in Scripturis sacris*, nempe per hæc verba cantici B. M.: *Fecit mihi magna qui potens est...* *Fecit potentiam in brachio suo...* Quæ verba, si sensu obvio accipientur, significare videntur excellentiam B. Mariæ mensurandam esse juxta totam latitudinem potentiae divinæ, ita ut Deus censeatur, condendo Mariam, fecisse quidquid facere potest, quidquid possibile est in ordine creationis respective ad meram creaturam¹. Ergo 1^o...

II. Hæc sententia solide adstruitur ex traditione. — Hi sunt præcipui testes ac depositores traditionis: nempe SS. Patres, theologi, auctores ascetici seu mystici, ac prædicatores. Porro hi omnes testantur doctrinam quam propugnare intendimus. Ergo solidissimum habet fundamentum in traditione.

Et 1^o SS. Patre. — S. Augustinus ait: « Hujus « dignitatis effectum nec cor concipere, nec lingua « valet exprimere. » Præterea S. Bernardus aperte dicit: « Deum non posse excellentiorem creaturam

¹ Ita interpretatur S. Ligorius (*Sermo de Incarnatione*). Item D. Combalot.

teneantur, dæmonesque ipsius potestati subjiciantur, ita ut possit illos pro nutu suo repellere, ac in infernum detrudere. Quousque autem se extendat hujus potestas relative ad universum physicum, definire non audemus. Supponit Suarez et docet (*Disput. XIII, sect. I*) B. V. non habere facultatem operandi miracula volendo et creaturis imperando, sed tantummodo, Deum rogando.

*FLAMMAM
VERITATIS*

ARTICULUS SECUNDUS

DE DIGNITATE MATRIS DEI RELATIVE AD ALIAS DIGNITATES

Ad solutionem hujus questionis, *prænotandum est* hanc eximiam dignitatem considerari posse vel *adæquate* vel *inadæquate*: *adæquate*, id est, cum omnibus donis ac privilegiis quæ secum congrue et quasi connaturaliter involvit; *inadæquate*, id est, solitarie ac separatis ab his omnibus donis ac privilegiis. His positis, hæc statui potest Propositio.

PROPOSITIO

POST UNIONEM HYPOSTATICAM, DIGNITAS MATRIS DEI
ADÆQUATE SUMPTA, OMNES ALIAS DIGNITATES EXIS-
TENTES SUPEREMINET IMO TANTA EST, UT AD MAJOREM
MERA CREATURA EVEHI NEQUEAT.

Prob. 1^a pars. Hæc prima pars satis per se patet; si qua enim existeret difficultas, oriretur præsertim ex

comparatione divinæ maternitatis cum gratia sanctificante; sed illa statim evanescit: nam dignitatem Matris Dei adæquate consideramus, id est, omnia gratiæ dona supponentem ac secum involventem. Insuper abunde constabit ex dicendis pro secunda parte per argumentum a fortiori.

Prob. 2^a pars. Hæc sententia admittenda est quæ insinuatur in Scripturis, solide ex traditione adstruitur, et ex validissimis rationibus evincitur. Atqui ita est propositio: ergo admittenda est.

1^o *Insinuatur in Scripturis sacris*, nempe per hæc verba cantici B. M.: *Fecit mihi magna qui potens est... Fecit potentiam in brachio suo...* Quæ verba, si sensu obvio accipientur, significare videntur excellentiam B. Mariæ mensurandam esse juxta totam latitudinem potentiae divinæ, ita ut Deus censeatur, condendo Mariam, fecisse quidquid facere potest, quidquid possibile est in ordine creationis respective ad meram creaturam¹. Ergo 1^o...

II. Hæc sententia solide adstruitur ex traditione. — Hi sunt præcipui testes ac depositores traditionis: nempe SS. Patres, theologi, auctores ascetici seu mystici, ac prædicatores. Porro hi omnes testantur doctrinam quam propugnare intendimus. Ergo solidissimum habet fundamentum in traditione.

Et 1^o SS. Patre. — S. Augustinus ait: « Hujus « dignitatis effectum nec cor concipere, nec lingua « valet exprimere. » Præterea S. Bernardus aperte dicit: « Deum non posse excellentiorem creaturam

¹ Ita interpretatur S. Ligorius (*Sermo de Incarnatione*). Item D. Combalot.

« facere. » S. Anselmus (*De Exc. Virginis*) : « Hoc solum de Virgine cogitare quod Dei Mater est, ex cedit omnem altitudinem quæ post Deum dici aut cogitari potest. » S. Bonaventura : « Esse Matrem Dei, inquit, est gratia maxima puræ creaturæ conseribilis. Ipsa est quam majorem facere non potest Deus. Majorem mundum fecere potest Deus, majus cœlum, majorem quam matrem Dei facere non potest. » Et alibi idem auctor (serm. 2 *de Virgine*) : « Maria vero in tantum proxima Deo fuit, et sic in summo bonorum omnium culmen obtinuit, ut creatura aliqua non unita Verbo, nec perfectior sit, nec majoris boni capacior. » His addi potest auctoritas Alberti Magni sic se habentis : « Non potest, inquit, intelligi majorem gratiam participari creaturæ quam esse Matrem Dei. » Et demum Richard a S. Laurentio sic eleganter hanc doctrinam tradit : « Ipsa Virgo sic usquequa gratia plena fuit, qua majorem habere non potuit nisi ipsa divinitati uniretur; hoc est, nisi Deus ipsa esset. » Juxta S. Bernardinum (*De Consensu virginali*, serm. 2, art. 2, c. I) : « Status maternitatis Dei erat summus status qui puræ creaturæ dari posset. » Hæc testimonia adeo clara sunt ad nostram propositionem demonstrandam, ut nulla argumentatione vel expositione indigeant. Etenim vel dicendum est hos sanctos doctores hanc sententiam a nobis sensu exposito traditam admisisse, vel eorum verba nullum verum præbere sensum et non esse nisi quædam figura hyperbolica, quod videtur esse nimis durum et cum eorum exacta doctrina plane dissonum.

2º Hanc doctrinam tradunt theologi. — In primis

citari potest eorum princeps, divus Thomas, qui certe huic sententiæ favet cum docet (1 part., quæst. xxv, art. 6) : « Matrem Dei, ex hoc quod Mater Dei est habere quamdam infinitatem ex bono infinito quod Deus est, et ex ea parte non posse quidquam fieri ea melius. » Alibi expresse dicit quod B. Maria sua operatione fines divinitatis propinquius attigit; quasi diceret eam in tantum ad Deum accessisse in quantum meræ creaturæ fas est. — Post divum Thomam, nullus alius theologus circa materias dogmaticas doctior afferri potest quam Suarez, qui certe hanc sententiam tenet; nam expresse docet (Vol. II, disput. 1, sect. 1) congruum fuisse Deum ex femina incarnari *ut persona creata sit conjuncta Deo quantum esse potest ratione personæ*. Præterea vocat maternitatem divinam *supremam quamdam conjunctionem cum Deo*. — De Rhodes (*ibidem*), haud infirmæ notæ theologus, qui præclara scripsit de gloria Virgine, non dubitat affirmare dignitatem Matris Dei esse moraliter infinitam qua nulla major concipi potest. — Ita Contenson (*Mariologia*, lib. X, diss. vi, cap. 2), qui docet Mariæ nobilitatem omnis creaturæ possibilis nobilitatem immensum antecellere. — Alios prætermittimus ne longius protrahamur, vel tedium afferamus. (Conf. Carth., liv. V, *Homil. xviii*, versus finem.)

3º Post theologos veniunt auctores mystici seu ascetici, qui circa hanc doctrinam omnino theologis consonant. — S. Ligorius (*Serm. de Incarnatione*) docet B. Mariam per maternitatem divinam ad summum honoris fastigium ascendisse. En ejus verba : « Et à quel degré plus haut pouvait monter une créature qu'à la dignité de mère de son Créateur ? » Pater

Galiffet, in opere cui titulus : *Dévotion à la sainte Vierge* : « La qualité de Mère de Dieu, *inquit*, élève « Marie non seulement au-dessus de tout ce qui est « créé, mais encore au-dessus de tout ce qui peut être « créé. » *Et alibi* : « Or il est évident et incontestable « que la dignité de Mère de Dieu est la plus éminente où « Dieu puisse éllever une pure créature. » Pater d'Argentan *eamdem doctrinam tradit* (13^e Conf., art. 2); namque dum evolvit et explicat verba S. Bonaventuræ supra relata, ita loquitur : « Il (S. Bonaventure) savait « bien que Dieu pourrait faire la très sainte Vierge « plus grande et plus parfaite qu'elle n'est dans son « être naturel de créature et même dans son être sur- « naturel de sainte par les grâces dont il l'a remplie, « puisqu'il peut toujours lui en donner encore de « plus grandes, et qu'il est vrai que sa toute-puissance « n'est point limitée à ce qu'il a fait; mais il soutient « que Dieu ne peut la faire ni plus grande, ni plus « noble qu'elle n'est dans sa dignité de Mère de Dieu. » Ita fere omnes auctores ascetici, quorum opera in omnium manibus versantur¹.

4º His accedunt prædicatores qui quotidie hanc opinionem docent fideles, ut nemo diffiteri potest. Ergo solidissimum habet in traditione fundamentum; imo illud argumentum videtur esse ineluctabile: namque, si supponitur et SS. Patres, et doctores, et prædicatores circa doctrinam tam unanimiter decipi posse, jam fere

¹ « La personne humaine, dit Aug. Nicolas, est exaltée dans la sainte Vierge à un degré qui n'est pas égal à celui auquel la nature humaine est exaltée en Jésus-Christ; mais qui, à part cette égalité, en est aussi rapprochée que possible, et semble y confiner, comme dit saint Thomas : *Attigit fines diuinatis.* » (*Plan divin*, liv. I, chap. vii.)

nulla superest via detegendi ac cognoscendi veritatem¹.

III. *Ex validissima ratione evincitur.* — Ad argumentum præsuppono divinam perfectionem quadruplici ordine participari posse. Primo, ordine naturæ in quo, veluti in vestigio, divinæ bonitatis effusus splendor relucet; secundo, ordine gratiæ in quo creatura rationalis divinæ fit consors naturæ; tertio, in ordine gloriæ, in quo cum apparuerit, similes ei erimus, et Deiformes in esse intelligibili efficiemur; quarto demum, in ordine hypostatico, in quo natura creata per unionem substantialem ad esse divinum evehitur. Exinde sic argumentor : Illa dignitas spectari debet tanquam maxima ad quam mera creatura evahi queat, quæ pertinet proxime ad ordinem unionis hypostaticæ; nihil enim perfectius ac præstantius concipi potest quam ille ordo quem constituit persona

¹ Loco aliorum qui sunt unanimes, adnotare voluimus testimonia DD. Pii episcopi Pictaviensis et domini Combalot. Porro DD. Pius, in sermone cui titulus : « Couronnement de Notre-Dame de Chartres », hæc dicit : « Quand nous verrons Dieu, alors seulement nous verrons ce que c'est que cette essence de Dieu communiquée à sa Mère selon toute l'étendue du possible, en deçà de l'union hypostatique de la créature et de la Divinité. » — Et D. Combalot (*Conf. sur la sainte Vierge*, 1^e conf.) : « Et si Dieu est libre d'appeler à l'ordre suréminent de l'union hypostatique et de la maternité divine qui bon lui semble, j'ose affirmer qu'il lui est impossible de communiquer à deux rejetons de la race humaine une gloire plus haute et des destinées plus grandes que celles dont il a enrichi notre nature par l'incarnation et la maternité divine. » — Et expressius (*Conf. 12^e*) : « Elle ne contracte pas, comme l'humanité déifiée du Sauveur, une union hypostatique avec le Verbe divin; mais elle contracte avec le Verbe divin une union telle, qu'après l'union hypostatique il n'en existe point de plus excellente dans les inventions de Dieu; et cette union est celle qui la fait mère du Fils unique de Dieu. »

increata. Atqui dignitas Matris proxime pertinet ad ordinem unionis hypostaticæ. Et 1º pertinet ad hunc ordinem. Etenim Mater non extra ordinem Filii, quia Matris et Filii una eademque est substantia; inter utrumque datur aliqua identitas. Unde Suarez: *Illa dignitas, inquit, quodam modo pertinet ad ordinem unionis hypostaticæ, quia illa intrinsece respicit et cum illa necessariam conjunctionem habet.* 2º Pertinet proxime, namque post unionem hypostaticam vix nexus intimior et affinitas Deo propinquior exco-gitari potest. Unde S. Augustinus non dubitavit asserere quod *nativitas unum effecerit Matrem et Filium.*

Cæterum, ad thesim nostram stabilendam, non requiritur ut demonstremus dignitatem Matris Dei pertinere ad ordinem unionis hypostaticæ in quantum fieri potest physice loquendo, sed moraliter tantum, et illud sat probatum esse videtur.

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies 1º Deus facere non potest maximum eorum quæ facere potest, quia potentia ejus exhaustiretur, quod repugnat. Ergo maternitas divina non est maxima dignitas ad quam mera creatura evehi potest: semper enim Deus aliquid perfectionis addere potest.

Resp. Dist. anteced. : Deus facere non potest aliquid physice et entitative maximum, *concedo* vel *transeat*; non potest facere aliquid moraliter et connotative maximum, *nego*. Evolvo distinctionem: Deus non potest facere creaturam perfectissimam ratione entitatis et perfectionis physicæ, *transeat*; et ideo libenter concedimus quod B. Virgo perfectior esse posset sub

aliis respectibus gratiæ et naturæ. Deus facere nequit creaturam perfectissimam ratione dignitatis sensu explicato, *nego*, et ita omnes theologi admittunt in eo sensu Deum non posse majorem alicui creaturæ conferre dignitatem quam ipsam sibi unire hypostatice.

Objicies 2º Maternitas divina non est maxima dignitas, namque est infra virginitatem; et facile probatur, quia B. Virgo potius elegit virgo permanere quam fieri mater Dei, amissa virginitate.

Resp. Hanc difficultatem resolvemus quando de virginitate B. Mariæ tractabimus.

Objicies 3º Gratia sanctificans est supra dignitatem Matris Dei: ergo maternitas divina non est maxima dignitas. Patet anteced. ex his verbis Christi respondentis ad quamdam mulierem quæ palam laudaverat ejus Matrem: *Quinimo beati qui audient verbum Dei et custodiunt illud.*

Resp. Hanc difficultatem jam resolvimus, nam præmonuimus nos considerare hanc dignitatem adæquate, id est, quatenus secum importat omnia dona ac privilegia gratiæ sanctificantis; aliunde gratia sanctificans supponi nequit separata a dignitate Matris Dei: unde statim evanescit difficultas.

Attamen, cum quis curiosius investigari posset utrum illa dignitas etiam inadæquate sumpta prestet gratiæ sanctificanti, hinc in quantum poterimus hanc quæstionem enucleare enitemur.

QUÆRITUR utrum dignitas Matris Dei etiam solitarie sumpta, id est, absque donis et privilegiis gratiæ quæ secum connaturaliter importat, sit supra omnes alias dignitates¹?

¹ Non ignoramus quosdam theologos contendisse dignitatem

Resp. Controvertitur. Punctum difficultatis totum in hoc situm est, utrum scilicet dignitas Matris Dei sit supra dignitatem quam homini confert gratia sanctificans, vel contra.

Prima sententia, seu eorum qui contendunt dignitatem Matris Dei esse infra gratiam sanctificantem, his nititur rationibus : 1º Christus ita sensisse videtur; mulieri enim ipsi dicenti : *Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti!* respondit : *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud.* Et apud Matth : *Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei?* — 2º Ita opinati sunt sancti Patres, et præser-tim S. Aug. : « Beator fuit Maria concipiendo mente quam ventre. » Et alibi : « Maternum nomen etiam in « Virgine esse terrenum in comparatione cœlestis pro- « pinquitatis quam illi contrahunt qui voluntatem « Dei faciunt. » — 3º Ita suadet ratio : *Gratia sanctificans nos per seipsam sanctificat, excludit peccatum, nos facit Deo amicos, filios Dei adoptivos; non ita vero dignitas Matris Dei, adeo ut sine dubio ipsamet Maria, si data fuisset ei optio, maluisset habere gratiam quam esse mater Dei absque gratia.* Ergo... Ita plures : Suarez, Vasquez, et alii.

Secunda sententia, seu eorum qui volunt dignitatem Matris Dei præstare gratiae sanctificanti, adstruitur

Matris Dei formaliter ac eminenter per se ipsam, ac etiam separatim a grata sanctificante, sanctificare B. Mariam (ita plures inter quos Ripalda, Christoph. Vega) : sed frustra, quia, ut Tridentinum docere videtur sanctitas formalis, ut forma inhærens et intrinsece recepta in anima, est qualitas physica diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Conf. Contenson, lib. X, *Dissert. vi, cap. ii.* — De Rhodes, *Quæst. iv, sect. i.*)

1º ex eo quod dignitas Matris Dei pertineat ad ordinem unionis hypostaticæ. Atqui, perfectio superioris ordinis præcise et solitarie sumpta antecellit quamlibet perfectionem ordinis inferioris, quia secundum Dionysii doctrinam supremus infimi ordinis accedit solum ad infimum supremi, et infimus supremi ordinis excedit supremum infimi ordinis. — Adstruitur 2º ex eo quod maternitas divina sit conjunctio naturalis cum Deo, dum gratia sanctificans est tantum conjunctio adoptionis. — 3º Ex eo quod exhibetur B. Mariæ cultus hyperduliae præcise quia est Mater Dei, ut vulgo agnoscent theologi (Bouvier, *de cultu Sanct.* — Suarez, quæst. 37, sect. ii. — S. Th. 2. 2. quæst. 103, art. 4, contra Vasquez, *de Incarnat.*, Disput. C. cap. ii). — 4º Gratiarum omnium comitatus, ut ipsem fatetur Suarez, et supernaturalium donorum cumulus, ipsa quoque Marianæ gloriæ mensura habent rationem proprietatis, appendix, et corollarii maternitatis Dei; sed essentia et radix sunt perfectiores proprietatibus : ergo maternitas Dei cel-siorem confert dignitatem quam gratia adoptionis.

Præterea argumentis sententiae contrariæ respondent gratiam sanctificantem esse quidem eligibiliorem et meliorem moraliter loquendo quatenus sanctificat animam, non tamen eminentiorem sub respectu dignitatis. Hæc enim duo a se invicem disjungi possunt. (De Rhodes, *ibidem*, § 1; — Contenson et alii¹.)

¹ Ita Contenson (*loco citato*) destruere nititur rationes primæ sententiae. Contendit « maternitatem Dei considerari posse et in « esse formæ et in esse dignitatis. In esse formæ gratia sanctifi-cans est perfectior, quia est ipsa formalis sanctitas creata in-trinsece afficiens animam, quod non convenit maternitati. At

Quidquid sit de his sententiis ita expositis, observare juvat controversiam vix supponi posse, tum quia repugnat de facto maternitatem divinam a gratia sanctificante separari, tum quia haec duæ dignitates, utpote ad diversos ordines pertinentes, sese mutuo excedunt ac proinde inter se difficile comparantur.

QUERITUR utrum et quonam sensu dignitas Matris Dei dici possit infinita?

Juxta divum Thomam (1^a pars, quæst. xxv, art. v, ad. 4), maternitas divina habet *quamdam infinitatem*; quod dupli sensu exponi potest, tum 1^o ex eo quod terminatur ad Deum; et in eo sensu Albertus Magnus dicit: «Filius infinitat Matris bonitatem, omnis enim «arbor ex fructu cognoscitur; » tum 2^o ex eo quod sit maxima dignitas ad quam mera creatura evehi queat, ut mox probavimus; et ita in eo sensu nuncupari potest *infinita*, quia in genere suo, id est, in ordine meræ creaturæ nec esse nec concipi potest aliquid melius (Ita de Rhodes, *ibidem*).»

«vero in ratione dignitatis, maternitas Dei est potior, quia Virginem in gradu eminentiori collocat. Idque potest apłissimo exemplo explicari ex Prospero Fagnano deprompto. Cardinalatus, inquit, si conferatur cum episcopatu in ratione entis, profecto inferior est; cardinalatus enim præcise sumptus nullum intrinsecum imprimet characterem, sicut imprimet sacer epis copatus ordo, subindeque in esse entis et spiritualis potestatis inferior est: si tamen cardinalatus consideretur in ratione dignitatis, quatenus nimirum Patrem purpuratum Ecclesiæ principem, vicarium Christi consiliarium, supremi judicij senatorem, et veluti membrum ipsius Pontificis constituit, sub hac ratione cardinales supremum sacerdotii gradum occupant, ipsos epis copos judicant, quia episcoporum episcopi romani antistitis corpus moraliter ingrediuntur.»

COROLLARIA MAXIMI MOMENTI

Ex tota illa doctrina quam tradidimus circa dignitatem Matris Dei, deducuntur quædam corollaria quæ spectanda sunt tanquam fundamenta totius Tractatus; sunt enim totidem principia generaliora ac secundissima quibus innituntur quasi cardinibus fere omnes theses ac propositiones dein demonstrandæ ac evolvendæ. Exinde accuratius notanda sunt necnon tenaci memoria retinenda.

COROLLARIUM PRIMUM

Ex dictis colliges 1º maternitatem divinam fuisse relative ad Mariam fontem ac principium omnium gratiarum quibus præ cæteris a Deo cumulata fuit.

Prob. Non concipitur enim cur Deus B. Mariæ sine ulla proportione ac mensura omnia dona sua contulerit nisi ipsam sibi matrem elegerit. Exinde, in expoundendis ejus perfectionibus, semper præ oculis hanc dignitatem habere debemus tanquam mensuram ejus privilegiorum.

COROLLARIUM SECUNDUM

Colligitur 2º ut certum, tribuendum esse B. Mariæ modo supereminenti omne privilegium gratiæ quod quibusdam concessum est.

Probatur 1º ex auctoritate tum Patrum, tum theologorum. — Mirum est audire SS. Patres in hoc prin-

cipio adstruendo mirabiliter exsultantes. S. Cyprianus docet quod Mariae *plenitudo gratiae debeatur*. S. Bernardus: « Quod vel paucis, inquit, mortalibus constat esse collatum, non est fas suspicari tantæ Virgini negatum fuisse. » S. Petrus Damianus: « Universus pulvis pigmentarius in Virgine projectus est quando in ea virtutum conventus reverendum sibi thalamum consecravit; et si cæteris per partes Spiritus adfuit, Mariæ totam se infudit gratiae plenitudo. » Idiota in *Contemp. Mariæ*: « Sanctorum omnium habes privilegia, o Virgo Deipara; omnia in te sunt congregata, nemo major te nisi Deus. » S. Bonaventura ad Mariam accommodat illud Ecclesiast.: « Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat. » Arnoldus Carnotensis: « Quidquid Creator singulis distributor justus contulit, Matri adornandæ cinit. » S. Laurentius Justinianus, lib. primo de cast. coniubio, cap. 9. « Quidquid honoris, quidquid dignitatis, quidquid meriti, quidquid gratiae, quidquid est gloriæ, totum fuit in Maria. »

Eamdem doctrinam expresse tradunt omnes theologi. Albertus Magn., ubi de *B. Maria* dicit hoc principium ex terminis per se notum esse. — Suarez item expresse docet quia Maria habet *jus singulare* ad amorem Filii. (Disp. I, sect. II. — De Rhod. *ibid.*)

Prob. 2º ex pluribus rationibus theologicis.

Prima ratio desumitur ex propinquitate cum Deo. Quo enim aliquid propinquius est principio alicujus perfectionis, eo magis participat illam perfectionem; quemadmodum eo magis aliquid sit calidum ac lucidum, quo magis accedit ad solem. Porro ex una parte Deus, et quatenus est Deus et quatenus est homo, pri-

mum est principium effectivum omnis gratiæ, et ex altera parte nihil propinquius esse potest filio quam mater cuius substantia est ipse filius, portio quædam ejus. Adde lactationem, gestationem, convictum, affinitatem, similitudinem. Ergo 1º Mater Dei, quatenus propinquissima Deo, debuit participare omnes influxus gratiarum.

Secunda ratio desumitur ex munere matris. (S. Thom., 3ª Part. quæst. 7, art. 10). Deus ex ordine suavi ac consueto suæ Providentiæ, semper dat gratias tanquam perfectiones necessarias ad exercenda munera quæ directe spectant ejus gloriam, præsertim quando ipsem hominem in tali officio constituit. Ita videmus immensa privilegia fuisse Joanni Baptistæ collata propter munus Præcursoris; ita omnes Apostoli repleti sunt Spiritu sancto ad mundum illuminandum et prædicandum Evangelium. Ergo debuerunt conferri B. Mariæ modo supereminenti omnia dona ac privilegia quæ aliis collata sunt, cum munus Matris Dei omne aliud longe antecellat.

Tertia ratio desumitur ex juribus quæ Deipara assecuta est tanquam mater in ipsum Christum. Ordo caritatis postulat ut diligatur ac honoretur a Deo præ omnibus aliis creaturis, quia ex ordine caritatis, parentes omnibus aliis præferri debent. Atqui B. V. non potest plus diligi quin inde majorem gratiam obtineat; qua enim proportione Deus amat, confert gratiam. Ergo...

COROLLARIUM TERTIUM

Colligitur 3º tanquam valde probabile, B. Mariæ tribuendum esse quidquid Deus concedere potest puræ creaturæ de potentia ordinaria.

Dixi de *potentia ordinaria*, id est in ordine præsenti et seclusis privilegiis unionis hypostaticæ, quia repugnat divinæ sapientiæ tanta conferri meræ creaturæ beneficia et dona quanta Christi humanitatí. Inde concludes quod privilegia quæ in infinitum augeri possunt, v. g. gratia sanctificans, quam maxima in B. Maria supponi possunt, dummodo semper infra privilegia Christi reponantur. Quoad privilegia quæ per se sunt fixa nec ita in infinitum augeri possunt, v. g. immunitas a peccato et concupiscentia, B. Mariæ tribuenda sunt, nisi, ex communi sensu theologorum habeantur tanquam speciale privilegium unionis hypostaticæ, ut esset, v. g. visio intuitiva modo permanenti in statu viæ.

Prob. 1º auctoritate. — Evidenter eruitur 1º ex verbis SS. Patrum et præsertim ex his sancti Anselmi: « Decuit Virginem ea puritate nitere qua major sub Deo nequit intelligi. » Porro, si B. Maria non haberet omnes perfectiones quærum pura creatura capax esse potest, non niteret illa puritate qua major sub Deo nequit intelligi. Huc tendunt omnia testimonia SS. Patrum qui aperte docent deberi Mariæ plenitudinem gratiæ, gratiam immensam, incomprehensibilem, stupendam, etc. etc., ut jam diximus. — 2º Ex

his verbis bullæ *Ineffabilis*: « B. Mariam eam innocentia et sanctitatis plenitudinem præ se ferre quam major sub Deo nullatenus intelligitur, et quam præter Deum nemo assequi cogitando potest. » — 3º Item sentiunt theologi. S. Ligoriū passim in diversis locis hoc principium a nobis expositum clare docere aut supponere videtur. His consonant auctores mystici, qui inter opiniones liberas circa B. Mariam semper ipsi gloriosiores amplectuntur ac tuentur¹.

Prob. 2º ex ratione. — Illud principium admitten-

¹ Unde Newman (Conf. 28, *Gloire de Marie*) non dubitavit asserere: « L'Église a toujours chéri dans le fond de son cœur, et ses enfants ont toujours proclamé avec empressement cette vérité, qu'on ne peut assigner d'autres limites que celles de la nature créée à la sainteté de Marie. » Ita expresse de Rhodes (*Quæst. 2, sect. III, § 9*).

Hæc verba Gersonis refert Aug. Nicolas (*Plan divin*, ubi passim eamdem doctrinam fusius evolvit): « Nous devons conclure, dit-il, que la pureté de cette admirable créature fut si grande qu'il ne peut pas s'en rencontrer une plus grande après celle de Dieu. »

Ita Bourdaloue (*Sermon sur la dévotion à la sainte Vierge*, 1^{er} point): « Un esprit sage et raisonnable, surtout un esprit bien prévenu à l'égard de Marie, et affectionné à son culte, un esprit, dis-je, guéri de certains préjugés, ou dégagé de certains intérêts dans le choix de deux partis, s'il y en avait deux à prendre, ne penchera-t-il pas toujours vers le plus favorable à la sainte Vierge que nous réverrons, etc.? »

Ita P. Ventura (*Traité sur le culte de la sainte Vierge*): « C'est une grande et belle parole qu'a prononcée saint Bernard, lorsqu'il a appelé la sainte Vierge « l'ouvrage souverain au-dessus de tout ce qui n'est pas Dieu : *Opus quod solus artifex supercreditur*. » Cette heureuse parole peut se traduire ainsi: Pourvu qu'on ne la fasse pas Dieu, qu'on ne lui attribue rien de tout ce qui est le propre de Dieu et de tout ce qui appartient essentiellement à Dieu, tout hommage, toute grandeur, toute gloire et toute vertu sont dus à l'auguste Mère de Dieu.

dum est cui ex una parte nihil opponi potest, et quod ex altera parte positivis fulcitur rationibus. Porro tale est principium de quo nunc agitur. Ergo...

Prob. min. quoad duplēm partē: 1º Nihil obstat: si quid enim obstaret, esset vel ex parte Dei, vel ex parte Christi, vel ex parte gloriosae Virginis; sed hoc supponi nequit: non ex parte Dei, quia, cum sit infinite bonus, ex natura sua tendit ad se communicandum et ad elargienda dona sua in quantum fieri potest et convenit; non ex parte Christi, quia, etsi concedamus B. Mariæ omnes gratias quarum pura creatura capax esse potest, attamen ipsi denegamus privilegia quæ sunt unioni hypostaticæ exclusive reservata; non ex parte Mariæ, quia dona ipsi collata quantacumque sint nunquam excedent ejus dignitatem, ut expresse docet Suarez (Disput. xviii, sect. iv).


2º Positivis fulcitur rationibus. Etenim argumenta supra desumpta ex propinquitate cum Deo et ex munere Matris, si paululum premantur, non tantum probant B. Mariæ esse concedendum quidquid habuere alii sancti, sed etiam quidquid possibile est sensu explicato, quia B. Maria accedit ad Deum per maternitatem divinam in quantum fieri potest, et munus ipsi collatum tantum est ut ad majus evehi nequeat, ut probatum est. Ergo... *Confirmatur*. Vulgo admittunt theologi illud principium relative ad Christum, nempe ipsi tribuendum esse quidquid ex una parte convenit et ex altera non repugnat. Ergo cum quadam proportione applicandum est B. Mariæ; eadem enim sunt rationes ac pro Christo. Jam vero convenit B. Mariam habere quidquid Deus concedere potest puræ creaturæ, et illud non repugnat. Ergo...

Exinde concludamus cum S. Hieronymo: « Mariam esse hortum deliciarum in quo condita sunt omnia florū germina et adoramenta virtutum; » vel cum S. Bonaventura: « Sicut in mari aquarum, ita in Maria sunt congregations gratiarum. »

UNIVERSIDAD
NACIONAL
DE
MÉXICO

JUAN
UNIVERSITATIS
NOMINA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS SECUNDA

DE PERFECTIONE BEATÆ MARIÆ

Perfectio B. Mariæ considerari potest 1º ab æterno et in mente Dei, id est in actu prædestinationis; 2º in variis prophetiis ac figuris quæ illam prænuntiarunt; 3º in statu viæ; 4º in termino.
— Unde tot capita.

CAPUT PRIMUM

DE PRÆDESTINATIONE B. MARIÆ

Circa prædestinationem Deiparæ duplex præcipue occurrit questio resolvenda, nempe : 1º Utrum B. Maria fuerit prædestinata ad dignitatem Matris Dei ante vel post prævisum peccatum originale? 2º Utrum fuerit prædestinata ad hanc dignitatem ante vel post prævisa merita?

Sed illa quæstio de gratuitate præelectionis B. Mariæ sat intime connectitur cum quæstione de ipsius merito relative ad divinam maternitatem; idcirco unam ab altera non sejungendam esse judicavimus.

ARTICULUS PRIMUS

DE ORDINE ET GRATUITATE PRÆDESTINATIONIS B. MARIÆ

QUÆSTIO PRIMA. — *Utrum fuerit prædestinata ante vel post prævisum peccatum originale?*

Resp. In præsenti quæstione non inquirendum est utrum Verbum incarnatum fuisse etiamsi Adam non peccasset, sed inquiritur tantum utrum prædestinationis B. Mariæ fuerit absoluta vel conditionata, prout decretum Incarnationis fuerit absolutum vel conditionatum. Hinc

Dico : Admisso decreto absoluto Incarnationis independenter a peccato originali, admittendum videtur B. Mariam fuisse absolute ad dignitatem Matris Dei præelectam.

Prob. Christus, etiam Adamo non peccante, non tantum prædestinari debuit ut homo, sed ut filius hominis. Ergo B. Maria absolute prædestinata est ad dignitatem Matris Dei. — *Consequens patet.* — *Probatum antecedens.* Si ille modus incarnationis, scilicet ex femina, a Deo non fuisse præelectus, Adamo non peccante, certe quia includeret aliquam imperfectiōnem, ex peccato manantem. Atqui nullam includit imperfectionem, imo majorem exhibit ex parte Dei sapientiam et bonitatem. Ergo...

1º Nullam includit imperfectionem. — Nullo modo dedecet Christum, etiam in hypothesi Adami non peccantis, fuisse viatorem et habuisse corpus statui nostro accommodatum, tum ut pro nobis mereretur, tum

ut suo exemplo viam ad beatitudinem nobis demonstraret;

2º Majorem exhibit ex parte Dei sapientiam et bonitatem. — Plurimæ enim congruentiae quas supra recensuimus ut propugnaretur dignitatem matris Dei fuisse sapientissime alicui creaturæ collatam, haud minus afferri possunt in hypothesi Adami non peccantis. Ergo... (Suarez, Disput. I, sect. III.)

QUÆSTIO SECUNDA. — *Utrum B. Maria fuerit prædestinata ad dignitatem Matris Dei ante vel post prævisa merita?*

Resp. Acriter controvertitur inter theologos. Varias eorum sententias breviter exponemus; sed ut facilius percipiantur quæ dicturi sumus, ad memoriam revocanda sunt varia theologorum placita circa arduas quæstiones de prædestinatione et merito.

Prima sententia. — Qui volunt B. Mariam non nisi post prævisa merita fuisse ad dignitatem Matris Dei prædestinatam, ita ratiocinantur :

Ex sententia communi, gloriosa Virgo meruit dignitatem Matris Dei. Porro illa sententia stare nequit nisi supponatur ipsam fuisse post prævisa merita præelectam. Ergo... *Prob. min.* Meritum præcise in eo consistit ut voluntas divina inclinetur ex nostris operibus ad nobis conferendum præmium formaliter ut præmium; sed si Deus ab æterno, efficaciter, et independenter ab operibus B. Mariæ, ipsi conferre hanc dignitatem efficaciter decreverit, jam nullo modo voluntas ejus ex meritis gloriosæ Virginis inclinata est. Ergo... (Ita Vasquez in 3^a parte, disput. xxiii, cap. iv, 20.)

Secunda sententia. — Qui propugnant præelectionem ante prævisa merita, sic argumentantur :

Certum est primam gratiam B. Mariæ collatam nullam habere proportionem cum omnibus gratiis aliis hominibus concessis, namque fuit immunis a peccato concepta, et ab illo instanti donis omnino singularibus exornata. Porro nulla alia ratio afferri potest cur Deus Mariæ, potius quam alteri, tantam gratiam gratuito concederet, et ipsi concedere efficaciter decreverit, nisi quia jam antea efficaciter decreverat ipsam gloriosam Virginem sibi in matrem assumere. Ergo... Praeterea huic sententiæ omnino favent omnes sancti Patres et Doctores, qui semper supponunt ideo B. Mariam fuisse, ab incunabulis, omnibus gratiis exornatam, quia ad tantam dignitatem fuerat prædestinata; unde in bulla *Ineffabilis* legitur:

« Deum ab initio et ante sæcula, unigenito Filio suo
 « Matrem elegisse atque ordinasse, tantoque præ
 « creaturis universis amore prosecutam fuisse, ut in
 « illa una sibi propensissima voluntate complacuerit.
 « Quapropter illam, longe ante omnes angelicos spi-
 « ritus cunctosque sanctos, cœlestium omnium cha-
 « rismatum copia de thesauro Divinitatis deprompta
 « ita mirifice cumulavit, ut ipsa ab omni prorsus
 « peccati labore semper esset libera; etc. » Ex quibus
 verbis satis aperte constat ideo Deum ipsam præ
 cæteris gratiæ donis cumulasse, et præsertim ab
 omni labore præservasse, quia decreverat ipsam assu-
 mere sibi matrem. Ergo... Ita Suarez, qui tradit hanc
 sententiam ut certam (*de Incarnat.* vol. I, disput. x,
 sect. viii; et vol. II, disput. i, sect. iii); Lessius, Bel-
 larminus, et alii.

*Quoad argumentum prioris sententiæ, facile ever-
 titur, distinguendo inter ordinem intentionis et ordi-*

nem executionis, ut distinguunt illi theologi qui docent electos ad gloriam, fuisse prædestinatos ante prævisa merita (Suarez, lib. I, *de Prædestin.* cap. vii. et lib. II, cap. xxiii; Billuart, *de Gratia*, discut. iv, art. iv, § 3). Evidem in ordine executionis, aiunt, quando Deus de facto concedit præmium, requiritur ad salvandam notionem meriti ut illud conferat intuitu operum; sed in ordine intentionis, id est quando decernit tantum concedere præmium, non ita requiritur Deum moveri per merita. Sic, v. g. rex gratis et ex mera liberalitate proponit dare præmium victori in certamine, non vult tamen dare gratis executione.

— Exinde patet responsum ad difficultatem: B. Maria potuit gratuito ad dignitatem Matris Dei præelegi, et tamen hanc dignitatem mereri.

Tertia sententia. — Inter utramque sententiam iter medium tentat P. de Rhodes (*ibidem*), et docet Deum in unico et indivisibili actu elegisse B. Mariam simul ad divinam maternitatem et ad gratiam et gloriam, quod sic probare nititur: Quoties Deus vult finem per aliqua media, non vult finem nisi per illa media, nec media nisi propter talem finem; ita ut voluntas finis et mediorum ex unico et indivisibili actu procedat. (Hanc sententiam exponit Suarez, ubi *de Prædestinatione.*)

ARTICULUS SECUNDUS

DE MERITO B. MARIE RELATIVE AD DIGNITATEM
MATRIS DEI.

QUERITUR utrum et quomodo B. Maria meruerit esse Mater Dei?

Ad responsum præsupponendum est 1º duobus modis intelligi posse Mariam meritam fuisse esse Dei Matrem: primo remote ac mediate, secundo proxime ac immediate. — Mediate quidem ac remote tantum meruit maternitatem, si maternitatem ipsam non meruit, sed dispositionem requisitam ut digne ac decenter fieri posset Dei mater, si nimur ex gratia meruit eum gradum puritatis ac sanctitatis qua recte esset disposita, ac idonea præ aliis omnibus mulieribus, ut Deus incarnandus, ex ipsa carnem potius assumeret quam ex alia ulla muliere. — E contra, immediate ac proxime meruit divinam maternitatem, si maternitas fuit præmium operibus ejus debitum, ita ut Deus dependenter ab ejus operibus ipsi hanc dignitatem contulerit. — Iterum illud meritum strictum ac proprie dictum potuit esse vel de condigno vel de congruo, prout illud præmium ex justitia debitum est, vel tantum ex quadam decentia. (Ita de Rhodes, quæst. II, sect. IV; Suarez, *ibidem*.)

Præsupponendum est 2º quæstionem non moveri de merito ipsiusmet Incarnationis. Certum est enim neminem mereri potuisse id quod cuilibet merito præsupponitur. Atqui Incarnatio præsupponitur cui libet merito; de fide enim est nullum in statu naturæ

lapsæ meritum esse nisi ex meritis Dei incarnati. Itaque quæritur tantum utrum, posito decreto Incarnationis, B. Maria mereri potuit divinam maternitatem; ad quod enucleandum:

Dico 1º: Certe B. Maria meruit saltem remote et sensu lato dignitatem Matris Dei, id est dispositiones quibus congrue ac decenter fieret mater Dei (Suarez, vol. I, de *Incarnat.*, disput. x. sect. VII, Dico 1º, 2º.)

Prob. 1º Scriptura, his verbis Lucæ: *Invenisti gratiam apud Deum; ecce concipies et paries filium.* Quæ verba satis indicare videntur quod B. V. placuerit Deo, ita ut decenter facta fuerit ejus mater.

Prob. 2º ex SS. Patribus. — Non omnes textus afferemus, sed aliquos tantum ex millibus excerptimus. Et 1º divus Augustinus ait: « *Talis eligitur Virgo de tanto mundo, quæ tantum haberet meritum ut Filium Dei in semetipsa susciperet.* » 2º divus Chrysostomus: « *B. Mater, ultra omnem humanæ naturæ modum, modestiam ac temperantiam excoluit, et ob id universorum Dominum in utero gestare promeruit.* » 3º S. Hieronymus: « *Tantæ puritatis Maria extitit, ut mereretur effici mater Dei.* » 4º S. Damascenus vocat Mariam *sancum, admirabile ac summo Deo dignum templum.* 5º S. Bernardus (*Serm. de Assump.*): « *Quæ vel angelica pulritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit sacrarium Spiritus sancti fieri, et habitaculum filii Dei?* » — In eamdem sententiam conspirant reliqui omnes Patres, SS. Basilius, Ambrosius, Epiphanius, etc. etc. — His adde auctoritatem ipsius Ecclesiæ, cuius hæc sunt verba in precibus liturgicis: « *Ut dignum Filio tuo habitaculum effici mereretur,* »

et « quia quem meruisti portare, etc. » Jam vero hæc testimonia, si non probant meritum strictum ac proprie dictum, probant saltem meritum lato sensu, ut nemo diffiteri potest. Ergo...

Confirmatur ex auctoritate divi Thomæ : « Beata Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium, « non quia meruit ipsum incarnari, sed quia meruit, « ex gratia sibi data, illum puritatis et sanctitatis gradum ut congrue posset esse mater Dei. »

Prob. 3º ex ratione. — Ad stabiliendam nostram propositionem duo requiruntur et sufficiunt, nempe 1º B. Mariam fuisse decenter dispositam ut esset Mater Dei; 2º has dispositiones partim saltem meruisse. Atqui hæc duo constant. Ergo...

Et 1º fuit decenter disposita, quia, præter auctoritatem Scripturæ et traditionis quam modo attulimus, ratio satis aperte probat Deum summe bonum ac sapientem non potuisse non digne disponere personam cui tantam conferret dignitatem, et cui se ipsum in verum ac proprium Filium præberet. — 2º Partim meruit has condignas dispositiones, quia, ut dicetur infra, fuit in statu viæ ac proinde meruit augmentum gratiæ. Ergo...

Dico IIº : *Quod meritum strictum ac proprie dictum non meruit de condigno dignitatem Matris Dei.* (Ita communiter theologi post D. Thomam contra paucos.)

Prob. — Ad meritum de condigno requiritur ex una parte ut opera habeant proportionem cum præmio, et aliunde ut a Deo ordinentur ad merendum præmium, id est ut Deus promiserit conferre præmium sub conditione operum. Porro in præsenti casu hæc

duplex conditio deficit. — Et 1º probabilius, quamvis contradicat Suarez (vol. I, *ibidem*, Dico 3º), opera B. Mariæ non fuerunt proportionata tantæ dignitati, quia maternitas divina pertinet ad ordinem unionis hypostaticæ, ut jam supra diximus. Ita docent de Rhodes (*De Dignit. Matris Dei*, sect. iv, §;) — Legrand (*Curs. complet.*, pag. 842). — 2º Non adfuit ex parte Dei promissio, nullibi enim talis promissionis vestigium appetit, et aliunde opera B. Mariæ condigne fuerunt remunerata per gloriam ad quam obtinendam ordinabantur. Ergo...

Dico IIIº : *Probabilius meruit de congruo stricto hanc dignitatem.* Ita communiter Lugo, Suarez, Vasquez, etc., contra Legrand (*Curs. complet. ibidem*), et paucos alios; vix unum aut alterum citat Lugo.

Prob. 1º ex auctoritate. — Testimonia SS. Patrum supra allata si sensu obvio et naturali accipiuntur, hanc doctrinam exprimere videntur. Atqui non datur ratio hæc eorum verba, scilicet *meruit, digna fuit*, etc., quæ sensu obvio significant meritum proprie dictum, ad alium sensum detorquendi. Ergo...

2º *Ratione.* — Hæc sententia non repugnat, et aliunde est longe gloriösior B. Mariæ. Ergo admittenda est. Est gloriösior, quia laudabilius est mereri præmium quam illud obtainere absque merito, præterea non repugnat : si repugnaret enim, præsertim ex eo quod non esset proportio inter opera B. Mariæ et hanc dignitatem; sed, ut ait Suarez, ad meritum de congruo non requiritur tam exacta proportio, sufficit vero aliqualis quæ certe supponi potest. Ergo... (Suarez, *ibidem*)¹.

¹ Quidam inter quos Legrand (*Curs. complet. de Incarn.*, p. 842

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Dices contra 3^{am} conclusionem. — 1^o B. Virgo non potuit mereri maternitatem quin simul meruerit Incarnationem. Atqui Incarnationem mereri non potuit. Ergo nec maternitatem.

Resp. Distingo majorem. Non potuit mereri maternitatem Dei ante decretam Incarnationem nisi meruerit etiam Incarnationem, concedo; non potuit mereri maternitatem Dei ex hypothesi jam decretæ Incarnationis, nego majorem; sed supponi potest Incarnationem jam decretam fuisse, et deinde B. Mariam maternitatem fuisse meritam. Ergo...

Inst. — Omnia merita B. Mariæ ortum habuerunt ex meritis Christi, ac proinde Incarnationem supponunt; sed decretum Incarnationis supponi nequit, quin in ipso includatur tanquam circumstantia necessaria

et 845) volunt ad meritum de congruo quod opera saltem per intentionem agentis ordinentur ad præmium, et inde concludunt B. Mariam stricte non meruisse dignitatem Matris Dei: non ita tamen opinari videntur communiter auctores.

Quidquid sit, si quæras utrum B. Maria revera desiderarit ac postularit a Deo esse Matrem Dei, scias circa hanc quæstionem non esse unanimem sensum theologorum. Nonnulli affirman, ut Maldonatus, probareque nituntur ex his verbis angeli ad Mariam: *Invenisti gratiam apud Deum.* Porro, si gratiam invenit, aiunt, signum est quod illam quæsivit. Sed alii cum Toleti probabilius negant, videturque probari ex toto contextu mysterii Annuntiationis ubi turbatur Virgo, quærer modum, ac tandem subjicit se ipsam voluntati Dei; et sane humillima Virgo nunquam de tanto honoris fastigio cogitasset, potiusque dixisset cum humili Baptista dignam se non esse solvere corrigiam calceamentorum Matris Dei. (Ita de Rhodes, quæst. iv, sect. viii, § 4. — Legrand, ibid.)

ac inseparabilis maternitas divina B. Mariæ: tum quia Christus non fuit a Deo prævisus in humanitate in communi, sed in hac humanitate individuali ex Virgine concepta, tum quia decreta Dei sunt decreta perfecta, quæ proinde includunt omnes circumstantias; porro maternitas divina inter præcipuas circumstantias Incarnationis ponenda est. — Exinde sic conficio argumentum: Decretum Incarnationis fuit decretum plane et absolute gratuitum, cum omnia merita procedant ex meritis Christi. Atqui in decreto Incarnationis includitur maternitas B. Mariæ. Ergo nullo modo hanc promeruit dignitatem. Ergo...

*Resp. Hanc difficultatem adeo gravem varie solvunt theologi. Alii cum Suarez et Contenson configunt, ut in difficultate præcedenti, ac distinctionem inter ordinem intentionis et ordinem executionis; sed illa distinctio in præsenti casu non ita videtur esse probanda, quia decretum Incarnationis non fuit tantum gratuitum in electione, sed etiam in executione. (Confer Billuart, vol. I, *de Incarnat.* dissert. v, art. iii; et Suarez, vol. I, *de Incarnat.* disput. x, sect. vi; Contenson, *Marialogia*, dissert. vi, cap. ii, speculatio 2.) Alii cum P. de Rhodes (quæst. 2, sect. ix, § 3), in eo decreto quo Deus vult Christum esse, duo distinguunt signa rationis: primum, in quo absolute decernit Christum esse, non determinando matrem ex qua vult illum nasci, sed tantum decernit ut sit ex aliqua matre: secundum, in quo vult Christum esse dependenter a tali matre. Admissa hac distinctione, facile solvitur difficultas, et non videmus quomodo probaretur illud repugnare; ideo in hanc explicationem libenter propenderemus. (Ita Thomas ex Charmes, dissert. v,*

cap. II, conclusio IV, Objicies 3º). Alii, ut Lugo (*de Incarnat. disput. viii*, sect. VI et VII), alias explicationes exponunt, sed plus æquo difficiles aut subtiles nobis visæ sunt, et ideo has evolvere nolumus.

Unde, admissa distinctione de Rhodes, sic ad argumentum *concedo maj.*, *distinguo minor*. In decreto Incarnationis includitur quod Christus sit ex aliqua matre, *concedo*; quod sit ex hac numero matre, *nego*: prius enim cogitatur Christus nasciturus ex aliqua matre quam ex hac numero matre, et quamvis Incarnationis decretum dicat hanc numero carnem assumi, hæc caro tamen non est necessario hujus matris. Ergo...

SCHOLIUM. — Ita breviter expositis quæ fuse ac subtilius theologi scholastici disputarunt de prædestinatione B. Mariæ, hic locus esset paucis verbis ostendere quanta sit perfectio, quanta sublimitas hujus prædestinationis quam Ecclesia in precibus liturgicis summopere laudavit (c), quam SS Patres tam eximiis commendaverunt elogiis; sed ut intra limites compendii sistamus, illud tantum adnotare volumus quod prædestinatio B. Mariæ mire ac intime connectatur cum prædestinatione Christi, ita ut una ab alia vix separari queat. Illud præsertim eluet tum ex eo quod utriusque existentia pendeat ab uno eodemque decreto, namque Deus decernendo Incarnationem decrevit simul Christum fore nasciturum ex femina (d); tum ex eo quod ad unum eundemque finem fuerint præordinati, scilicet salutem animarum et redemptionem generis humani. Intendit enim specialiter Deus Mariam prædestinans, dare reginam hominibus, advocateam, matrem redemptricem quam amarent, ad

quam confugerent. (Confer, si lubet, Aug. Nicolas, Combalot, *ibidem*, de Rhodes, quæst. I, de *Prædestinatione B. Mariæ*, passim.)

CAPUT II

DE PROPHETIS ET FIGURIIS QUÆ SPECTANT AD BEATAM VIRGINEM

Jam vidimus in capite præcedenti gloriosam Virginem mundo præexistentem in mente divina Incarnationem præmeditante ac prædefiniente. Itaque nunc lubet ipsam contemplari quasi ex mente Dei exeuntem, id est ab æternitate in tempus progredientem ipsam cum Christo semper arctissime conjunctam, ita ut ab initio mundi fuerit simul cum Messia in variis prophetiis prænuntiata, in figuris adumbrata, ac inde in toto veteri Testamento sibi præexistens. Etenim vix unum est vaticinium Messiam prænuntians qui simul aliquo modo ad beatam Virginem spectet¹. — Itaque in hoc capite quæreremus utrum et quo-

¹ Hinc Aug. Nicolas inquit: « Les prophéties unissent et entrelacent si strictement les destinées de la Mère et du Fils, qu'elles obligent à les accepter ou à les rejeter ensemble, et que c'est retirer leur témoignage au Fils, que de le retirer à la mère. » Et D. Combalot (*Conf. sur la sainte Vierge*, 4^e conf.): « La bienheureuse Vierge vivait dans le conseil de la Sagesse éternelle; son nom était écrit dans la pensée du Verbe, avant que les siècles fussent sortis du sein de l'éternité; et depuis le jour où le temps comme un fleuve a commencé sa course, les destinées préparées à Marie n'ont pas cessé de consoler la terre. Jésus et Marie remplissent le passé, le présent et l'avenir. La

cap. II, conclusio IV, Objicies 3º). Alii, ut Lugo (*de Incarnat. disput. viii*, sect. VI et VII), alias explicationes exponunt, sed plus æquo difficiles aut subtiles nobis visæ sunt, et ideo has evolvere nolumus.

Unde, admissa distinctione de Rhodes, sic ad argumentum *concedo maj.*, *distinguo minor*. In decreto Incarnationis includitur quod Christus sit ex aliqua matre, *concedo*; quod sit ex hac numero matre, *nego*: prius enim cogitatur Christus nasciturus ex aliqua matre quam ex hac numero matre, et quamvis Incarnationis decretum dicat hanc numero carnem assumi, hæc caro tamen non est necessario hujus matris. Ergo...

SCHOLIUM. — Ita breviter expositis quæ fuse ac subtilius theologi scholastici disputarunt de prædestinatione B. Mariæ, hic locus esset paucis verbis ostendere quanta sit perfectio, quanta sublimitas hujus prædestinationis quam Ecclesia in precibus liturgicis summopere laudavit (c), quam SS Patres tam eximiis commendaverunt elogiis; sed ut intra limites compendii sistamus, illud tantum adnotare volumus quod prædestinatio B. Mariæ mire ac intime connectatur cum prædestinatione Christi, ita ut una ab alia vix separari queat. Illud præsertim eluet tum ex eo quod utriusque existentia pendeat ab uno eodemque decreto, namque Deus decernendo Incarnationem decrevit simul Christum fore nasciturum ex femina (d); tum ex eo quod ad unum eundemque finem fuerint præordinati, scilicet salutem animarum et redemptionem generis humani. Intendit enim specialiter Deus Mariam prædestinans, dare reginam hominibus, advocateam, matrem redemptricem quam amarent, ad

quam confugerent. (Confer, si lubet, Aug. Nicolas, Combalot, *ibidem*, de Rhodes, quæst. I, de *Prædestinatione B. Mariæ*, passim.)

CAPUT II

DE PROPHETIS ET FIGURIIS QUÆ SPECTANT AD BEATAM VIRGINEM

Jam vidimus in capite præcedenti gloriosam Virginem mundo præexistentem in mente divina Incarnationem præmeditante ac prædefiniente. Itaque nunc lubet ipsam contemplari quasi ex mente Dei exeuntem, id est ab æternitate in tempus progredientem ipsam cum Christo semper arctissime conjunctam, ita ut ab initio mundi fuerit simul cum Messia in variis prophetiis prænuntiata, in figuris adumbrata, ac inde in toto veteri Testamento sibi præexistens. Etenim vix unum est vaticinium Messiam prænuntians qui simul aliquo modo ad beatam Virginem spectet¹. — Itaque in hoc capite quæreremus utrum et quo-

¹ Hinc Aug. Nicolas inquit: « Les prophéties unissent et entrelacent si strictement les destinées de la Mère et du Fils, qu'elles obligent à les accepter ou à les rejeter ensemble, et que c'est retirer leur témoignage au Fils, que de le retirer à la mère. » Et D. Combalot (*Conf. sur la sainte Vierge*, 4^e conf.): « La bienheureuse Vierge vivait dans le conseil de la Sagesse éternelle; son nom était écrit dans la pensée du Verbe, avant que les siècles fussent sortis du sein de l'éternité; et depuis le jour où le temps comme un fleuve a commencé sa course, les destinées préparées à Marie n'ont pas cessé de consoler la terre. Jésus et Marie remplissent le passé, le présent et l'avenir. La

modo gloria Virgo fuerit prænuntiata ac præfigurata in veteri Testamento.

QUÆRITUR utrum Mater Dei fuerit in veteri Testamento prænuntiata ac figurata?

Dico: Gloriosa Virgo fuit in variis prophetiis prænuntiata et in diversis figuris adumbrata.

Prob. 1º ex auctoritate Patrum. — Miro consensu agnoscunt SS. Patres beatam Mariam fuisse tum in prophetiis, tum in figuris prænuntiatam.

1º Quoad prophetias, testatus est divus Cyrillus his verbis: « Te, inquit, loquens ad Mariam, prophetæ prænuntiarunt. » Consentit S. Aug.: « Sola meruit Deum et hominem paritura suspicere, facta thronus Dei et aula regis æterni, secundum quod nos dicit per sanctos suos patriarchas et prophetas. » Divus Ildephonsus simillima habet: « Spiritus sanctus, ait, de illa per prophetas prædictis, per oracula intertimavit. » Item Joannes Damascenus: « Ipsa ævo omni antiquior, variis prophetarum imaginibus ac sermonibus per Spiritum sanctum adumbrata, atque ante prædicata. » Beatus Andreas Cretensis discursus de B. Maria: « Hæc est, ait, summa divinorum oraculorum, et de te resonarunt omnes Spiritus interpretes. »

2º Quoad Figuras, afferri potest testimonium S. Sophronii de Maria dicentis: « Est figuris et ænigmatis praesignata. » Contestatur S. Anselmus:

« Bible, pour qui sait lire ce livre venu du ciel, est pleine des destinées de la Reine des anges; ses vertus s'y réfléchissent à chaque page, et chaque mot de ce livre immortel sert, pour ainsi dire, de voile à quelqu'un des mystères accomplis dans son sein. »

« Istud, inquit, conjicio apud me, nativitatem ejus (B. V.), quam quidem ex linea generationis humanae, non nescio descendisse, magna quedam atque miranda divinorum signorum indicia præcurrisse. » Non aliud est cæterorum Patrum sensus e quibus S. Ildephonsus: « Hæc est illa Virgo gloria cuius ineffabile meritum longe ante figuris legalibus prænuntiabatur. » His adjunge testimonium melliflui doctoris Bernardi: « Prædica, inquit, reverendam Deiparam Angelis, desideratam gentibus, patriarchis prophetisque præcognitam, electam ex omnibus. » Demum S. Methodius plures figuræ explicat, dum beatæ Mariæ loquitur: « Benedicta tu celebratrix et desideratissima, tu speciosissimi floris radix, tu porta per quam in carnem ingressus est Deus, tu purificantis carbonis forceps, tu incomprehensibilis illius roris vellus, tu Bethleemitica illa cisterna quam velut vitæ refocillatricem David desideravit, et ex qua immortalitatis poculum mortalibus emanavit: tu propitiatorium per quod Deus humanam naturam induitus mortalibus innotuit, tu impollutum illius indumentum quo luce veluti vestimento circumfunditur. » Hæc sane testimonia plane sufficiunt ad adstruendam propositionem nostram. Ergo 1º auctoritate constat.

Prob. 2º ratione. — 1º Prophetæ veteris Testamenti referuntur ad Christum cujus adventum, generationem, vitam, miracula, virtutes, passionem et gloriam præcanunt. Porro tanta est connexio inter Matris et Filii præcipuas vitæ circumstantias, adeo arcta inter utrumque animorum societas, quod vix supponi queat prophetas Christum prænuntiassse, quin aliquando et

ipsam gloriosam Virginem adfuturam prædixerint. — 2º Ex his verbis S. Pauli : *Omnia in figuris contingebant illis*, satis patet præcipuos eventus novi Testamenti, præcipuas novæ legis dignitates, munera, fuisse aliquo modo in veteri Testamento adumbrata. Porro post personam Christi ejusque summam dignitatem, quæ sanctitas, quæ dignitas, muneri ac innocentiae Matris Dei comparetur? Ergo debuit per varias figuræ prædicari. — 3º Mira existit similitudo inter Christum et Mariam, adeo ut excellentiores prærogatiæ Christi, juxta quamdam proportionem, et ad ipsius Matrem pertineant, ut satis constabit in decursu Tractatus. Porro cum Christus fuerit et prænuntiatus et præfiguratus, hinc congruebat gloriosam Virginem et per prophetas et per figuræ celebrari. Ergo...

Prob. 3 ex pluribus vaticiniis ac figuris. — Constat nostra propositio et clare evincitur ex eo quod de facto plures prophetæ et diversæ figuræ ad gloriosam Virginem spectent.

Iº Plures prophetæ ad beatam Virginem referuntur. Celebris est illa prophetia per quam Adæ prævaricatori Messias promissus est (*Gen. iii. 15*) : *Inimicitiás ponam inter te et mulierem, inter semen tuum et semen illius* : *Ipsa conteret caput tum.* Unde sic : Illud semen de quo in textu agiturest Christus seu Messias Redemptor. Ergo mulier cuius est semen gloria Virgo Maria. — Non minus celebris est nec minus nota illa Isaiae prophetia (*vii. 41*) : *Ecce Virgo concipiet, quæ non nisi ad B.* Virginem spectare potest, et ejus virginitatem clare adstruit, ut dicemus ubi de Virginitate. — His addi potest hæc prophetia Jeremiac (*xxxii. 22*) ; *Usquequo deliciis dissolveris, filia vagabunda quia creavit*

Dominus novum super terram : FEMINA CIRCUMDABIT VIRUM. Quæ ultima verba B. Mariæ per doctores applicantur. — Præterea totum Canticorum librum non solum per accommodationem, sed etiam in sensu aliquo a Spiritu sancto intento, Virginem præcinere, omnes fere Patres qui illum interpretantur intelligunt. (*Conf. Suarez, Præfatio.*)

IIº Existunt multæ figuræ gloriose Virginis in veteri Testamento. Quid significabat paradisus voluptatis? quid arca Noe? quid rubus incombustus? quid arca fœderis? virga Aaronis, vellus Gedeonis, nisi Mariam? Quid Rebecca sponsa Isaac, quid Rachel, quid Judith, quid Esther salvatrix repræsentabant nisi Mariam?

COROLLARIUM. — Exinde colliges varia argumenta quæ desumuntur ex veteri Testamento ad explicandum sive excellentiam gratiæ Virginis, sive cætera ipsius privilegia, non esse probationes extortas, a longe petitas, sed veras, proprias ac efficaces, quia satis constat ex dictis Virginem Mariam sensu spirituali et revera a Spiritu sancto intento in variis figuris ac prophetiis designari.

CAPUT III

DE PERFECTIONE B. MARIAE IN STATU VIE

In tertio capite tractabimus tum de privilegiis externis, tum de privilegiis internis gloriose Virginis.

ipsam gloriosam Virginem adfuturam prædixerint. — 2º Ex his verbis S. Pauli : *Omnia in figuris contingebant illis*, satis patet præcipuos eventus novi Testamenti, præcipuas novæ legis dignitates, munera, fuisse aliquo modo in veteri Testamento adumbrata. Porro post personam Christi ejusque summam dignitatem, quæ sanctitas, quæ dignitas, muneri ac innocentiae Matris Dei comparetur? Ergo debuit per varias figuræ prædicari. — 3º Mira existit similitudo inter Christum et Mariam, adeo ut excellentiores prærogatiæ Christi, juxta quamdam proportionem, et ad ipsius Matrem pertineant, ut satis constabit in decursu Tractatus. Porro cum Christus fuerit et prænuntiatus et præfiguratus, hinc congruebat gloriosam Virginem et per prophetas et per figuræ celebrari. Ergo...

Prob. 3 ex pluribus vaticiniis ac figuris. — Constat nostra propositio et clare evincitur ex eo quod de facto plures prophetæ et diversæ figuræ ad gloriosam Virginem spectent.

Iº Plures prophetæ ad beatam Virginem referuntur. Celebris est illa prophetia per quam Adæ prævaricatori Messias promissus est (*Gen. iii. 15*) : *Inimicitiás ponam inter te et mulierem, inter semen tuum et semen illius* : *Ipsa conteret caput tum.* Unde sic : Illud semen de quo in textu agiturest Christus seu Messias Redemptor. Ergo mulier cuius est semen gloria Virgo Maria. — Non minus celebris est nec minus nota illa Isaiae prophetia (*vii. 41*) : *Ecce Virgo concipiet, quæ non nisi ad B.* Virginem spectare potest, et ejus virginitatem clare adstruit, ut dicemus ubi de Virginitate. — His addi potest hæc prophetia Jeremiac (*xxxii. 22*) ; *Usquequo deliciis dissolveris, filia vagabunda quia creavit*

Dominus novum super terram : FEMINA CIRCUMDABIT VIRUM. Quæ ultima verba B. Mariæ per doctores applicantur. — Præterea totum Canticorum librum non solum per accommodationem, sed etiam in sensu aliquo a Spiritu sancto intento, Virginem præcinere, omnes fere Patres qui illum interpretantur intelligunt. (*Conf. Suarez, Præfatio.*)

IIº Existunt multæ figuræ gloriose Virginis in veteri Testamento. Quid significabat paradisus voluptatis? quid arca Noe? quid rubus incombustus? quid arca fœderis? virga Aaronis, vellus Gedeonis, nisi Mariam? Quid Rebecca sponsa Isaac, quid Rachel, quid Judith, quid Esther salvatrix repræsentabant nisi Mariam?

COROLLARIUM. — Exinde colliges varia argumenta quæ desumuntur ex veteri Testamento ad explicandum sive excellentiam gratiæ Virginis, sive cætera ipsius privilegia, non esse probationes extortas, a longe petitas, sed veras, proprias ac efficaces, quia satis constat ex dictis Virginem Mariam sensu spirituali et revera a Spiritu sancto intento in variis figuris ac prophetiis designari.

CAPUT III

DE PERFECTIONE B. MARIAE IN STATU VIE

In tertio capite tractabimus tum de privilegiis externis, tum de privilegiis internis gloriose Virginis.

ARTICULUS PRIMUS

DE PRIVILEGIIS EXTERNIS B. MARIAE

Inter ipsius privilegia externa annumeramus ejus familiam, nomen, corporales, dotes, virginitatem, et matrimonium.

§. 1. DE FAMILIA DEIPARÆ

QUÆRITUR quænam sit nobilitas et familia B. Mariæ.

Dico: *B. Maria duxit originem ab Abraham et Jacob ex tribu Juda, per familiam David.* — Est de fide.

Prob. Constat ex Scriptura sacra Christum fuisse promissum Abrahæ, ipsum fuisse ex tribu Juda et filium David; variis in locis hanc veritatem testantur Evangelia. Atqui hæc omnia non possunt in Christum convenire nisi ratione matris, namque secundum carnem patrem non habuit. Ergo...

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies: Duæ genealogiæ ab evangelistis expositæ non parvam præbent difficultatem: 1º ex eo quod non loquantur de B. M., et 2º ex eo quod inter se non concordent adeo ut in his genealogiis referendis Matthæus patrem Joseph nominet Jacob, et alios ejus avos deducat ex David per Salomonem, dum Lucas e contra patrem Joseph appellat Heli, et ejus avos deducat ex David per Nathan.

Resp. Non multum immorabimur in his difficultatibus enucleandis; præsertim non intendimus exponere omnes et varias auctorum sententias, eorumque diversa placita ad illas genealogias inter se conciliandas, a fortiori lites ob hanc causam excitatas dirimere, itaque modeste cum P. de Ligny ad 1^{ma} difficultatem dicemus: « Puisque... (Part. I, cap. III, note 9), il est plus que probable que l'on avait l'intelligence de ce point au temps où les évangélistes ont écrit... Cette intelligence était alors nécessaire; lorsqu'elle a cessé de l'être, elle s'est perdue... C'est assez que Dieu donne l'intelligence de chaque texte dans le temps de son utilité. » — Ad 2^{am} dicemus (*ibidem*, note 10): « Cette seconde différence est plus embarrassante. Cependant, quoique Joseph fût vraiment le fils de Jacob, il a pu être appelé fils d'Héli pour quelques raisons suivantes: 1^o à titre d'adoption; 2^o comme le fils de la veuve d'Héli épousée en secondes noces par Jacob, suivant la disposition de la loi qui obligeait le frère à épouser la veuve du frère mort sans enfants, et les enfants nés de ce mariage étaient censés appartenir au mort; 3^o Joseph a pu être appelé fils d'Héli, parce qu'il était son gendre; car, dans cette supposition, Héli n'est pas différent de Joachim, père de la sainte Vierge. » Quod si quis plura circa hanc questionem appetat, præter Scripturæ interpres, aeat Suarem, vol. 2, de *Incarn.*, disp. II, sect. III; Vasquez, de *Incarn.*, quest. 31, art. 1.

§ 2. DE NOMINE B. MARIE

Circa nomen B. Mariæ QUÆRITUR 1º utrum fuerit a Deo revelatum? 2º quænam sit significatio etymologica hujus nominis? 3º quantam habeat efficaciam?

Ad 1^{um} DICO: Nomen Virginis fuit a Deo revelatum. Est longe probabilius, imo videtur certum.

Prob. 1º ex traditione, plurium Patrum suffragiis comprobata. Ita enim docent S. Ambrosius, S. Hieronymus, etc.

Prob. 2º ratione. — Certum videtur non fuisse aliis singulare privilegium concessum, quod fuerit beatæ Mariæ denegatum. Porro illud singulare divinæ Providentiæ genus et amoris indicium, scilicet habere nomen a Deo revelatum, pluribus sanctis concessum est, ut Joanni Baptista. Habent enim, ait S. Ambrosius, hæc merita sanctorum, ut a Deo nomen accipiant. Ergo et beatæ Mariæ tribendum est illud privilegium.

Ad 2^{um}, nempe quænam sit significatio etymologica hujus nominis.

RESPONDEO. Auctores non inter se concordant circa significationem hujus nominis. Ex doctissimo Canisio, qui hanc quæstionem fuse tractat, nomen *Maria* componitur ex duabus vocibus quarum una juxta omnes peritos linguae hebraicæ significat *mare* (illa vox hebraica est *Iam*); altera e contra multis controversiis obnoxia est, et multiplicem sensum habere potest: inde alii huic sanctissimo nomini præbent significationem *Mare amarum*, alii *Domina Maris*, alii *Stella*

Maris, *Myrrha Maris*, etc. Sed has varias significations ponderare ac discutere non intendimus¹.

Itaque, his controversiis relictis, hæc duo tantum adnotare volumus, nempe 1º quod unicuique harum quatuor interpretationum non desit sua probabilitas cum a doctissimis viris unaquæque propugnetur; 2º quod illæ quatuor interpretationes etymologicæ B. Mariæ perfectissime coaptentur. Etenim 1º vocatur *Domina Maris*, et nihil convenientius de B. Virgine dici potest, cum B. M. sit gratiarum dispensatrix, quarum thesaurus abyso maris comparari potest; insuper vocari potest *Domina Maris* vel simpliciter *Mare*, quia in ipsa congregatae sunt gratiae et veluti abyssus magna omnium bonorum. 2º Dicitur *Stella Maris*, quod potest intelligi vel de luna vel de stella polari, et, in utraque hypothesi, optime B. M. nomen convenit: namque, quemadmodum luna est æmula solis et noctis decus, ita B. M. est similitudo perfectissima Dei et simul illuminat tenebras nostras. Stella polaris polo proxima est et dirigit navigantes, ita B. Maria dirigit ad salutem qui degunt in terris. 3º Vocatur *Myrrha Maris*. Porro myrrha est arbor vel gemma quæ præservat a corruptione, et B. M. est simul custos et seminatrix castarum cogitationum. Demum dicitur 4º *Mare amarum*, seu amaritudo; et B. M. omnibus animi cruciatibus afflita est, adeo ut adepta sit martyrum coronam et prima sit inter omnes martyres.

Ad 3^{um}, nempe quænam sit hujus nominis efficacia: DICO: Illud mirabile nomen multum valet tum ad

¹ Si quis has lites eruditorum altius ambit perpendere, audeat Canisium, lib. I, cap. i, de *Maria Virgine*.

arcendos dæmones quorum nullus est qui, auditio Mariæ nomine, non statim capessat fugam; tum ad omnes pravos motus carnis compescendos; tum ad animam confortandam contra omnia pericula, et præsertim in extremo mortis agone. — *Probatur ex SS. Patribus et Doctoribus qui omnes hanc efficaciam huic sanctissimo nomini tribuunt.* Inter ipsos præsertim eminent S. Bonaventura, qui contendit nomen Mariæ nunquam sine fructu nominantis proferri posse. (*Vid. opus Speculum Marianum.* — S. Bernardus, qui tam pulchra de glorioso nomine scripsit (*Hom. ii, super Missus est*); — et S. Ligoriūs (*Paraph. Salve Regina, cap. xi, O dulcis Virgo Maria*), qui innumerā Patrum testimonia profert.

Prob. ratione. Hujus autem sacratissimi nominis efficacia optime explicari potest: quia 1º ejus invocatio ex pio mentis affectu procedens est oratio Deo gratissima; 2º Dæmonibus horrorem ac terrorem injicit; 3º in anima sanctas ingerit cogitationes quibus homo roboratur; 4º non repugnat Deum huic nomini specialem indidisse virtutem eodem fere modo ac sacramentalibus.

§ 3. DE DOTIBUS CORPORIS B. MARIE

QUÆRITUR 1º utrum corpus B. Mariæ fuerit conceptum miraculose?

DICO 1º: *Tanquam certum statuendum est B. V. procreatam fuisse ex viro et femina ad modum aliorum hominum.*

Quanquam enim neque in sacra Scriptura illud legatur, neque in conciliis expresse definitum sit; ha-

betur tamen certa traditione et communi sensu totius Ecclesiæ.

Prob. 1º ex eo quod fuerit singulare privilegium Christi quod ex femina sine opera viri fuerit conceptus. Etenim (*Luc. i*) dicit angelus ad Virginem: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi;* et causam subdit dicens: *Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei.* Fuit ergo hæc propria prærogativa Filii Dei, et ad ejus singularem honorem spectat ut alteri communicata non fuerit.

Prob. 2º ex eo quod constet B. Virginem indiguisse redēptione præsentim quia descendebat ab Adamo per seminalem generationem.

Adde in gravissimis etiam historiis mentionem fieri parentum virginis sub propriis eorum nominibus, scilicet Joachim et Annæ, ut constat ex pluribus Patribus. (Suarez, *disput. ii, sect. i*).

Ex hac propositione evertitur opinio eorum qui præsertim per medium ætatem contendebant B. V. conceptam fuisse ex mero complexu Annæ et Joachim ad portam templi deauratam.

DICO IIº *Hæc Virginis conceptio non sine aliquo miraculo et supernaturali virtute perfecta est.*

Probatur 1º ex historia. Refertur enim Annam fuisse sterilem et vitam sine prole usque ad senectutem produxisse, et orationibus conceptionem Virginis impestrasse; quod sane fieri non potuit sine miraculo.

Confirmatur ex auctoritate Damasceni: nam decuit, inquit ille, ut ad summum miraculum via per miracula sterneretur, et ut in fabricanda Virgine gratia naturam juvaret ac præveniret, et ut parentes Virginis

ad talem fructum suscipiendum se desideriis et orationibus disponerent.

QUÆRITUR 2º in quanam perfectione conceptum fuerit corpus B. Mariæ?

Dico Iº : Corpus B. V. fuit quoad constitutionem et temperamentum perfectissimum.

Prob. Multis rationibus illud evincitur. — *Primo*, quia corpus ejus non sine miraculo productum est ex parentibus sterilibus: dona autem etiam naturalia miraculo collata exquisita sunt, quia Dei perfecta sunt opera. — *Secundo*, quia decuit corpus illud numeris esse omnibus absolutum, ex cuius substantia formatum est perfectissimum corpus Salvatoris. — *Tertio*, quia perfectæ animæ debetur corpus egregie elaboratum, ut hospitium hospiti conformetur. Anima autem Marianum corpus informans omnibus est naturæ præclarissimis muneribus insignata, ad cujus præcellentissimas operationes corpus exquisitissimum desiderabatur. — *Quarto*, quia naturæ indoles, temperamenti harmonia, passionum consonantia non parum faciunt ad virtutem animi. Cum ergo virtutum Mariæ gradus fuerit perfectione consummatus, sequitur corporis et temperamenti ejus habitum fuisse perfecte constitutum.

Inde colligunt multi B. V., propter optimam corporis complexionem, cum magna animi moderatione conjunctam, nunquam in verum ac proprium morbum incidisse. (Suarez, *ibidem*, sect. II.)

Dico IIº B. V. fuit prædicta honestissima corporis pulchritudine (saltem probabilius).

Prob. 1º *Inniuitur Scriptura.* — Etenim sancta mater Ecclesia Mariæ applicat textus Scripturæ ex quibus

exprimitur eximia pulchritudo. *Tota puchra es, amica mea;* et quamvis illi textus primario et principally referantur ad pulchritudinem animæ, attamen non parum insinuant etiam pulchritudinem corporis, et eo magis quod animæ gratia et decor aliquo modo in corpus refulgeant.

Prob. 2º *ex SS. Patribus.* — Gregorius Naz. sic Mariam interpellat: « O Virgo, formæ quæ nitore cæteras præis. » Et S. Anselmus: « O Virgo, inquit, pulchra ad videndum, admirabilis ad contemplandum! etc. » Aliquando dicitur esse ipsa pulchritudo, ut apud Damasc. his verbis: « Pulchritudo totius humanæ « naturæ Maria; » et sic alii sancti Patres, quorum testimonia congerere longum est.

3º *Variis suadetur rationibus.* — Corporis pulchritudo ex optima complexione et membrorum proportione præcipue nascitur. Atqui ex dictis corpus B. M. fuit optime temperatum, et omnia ejus membra perfectam habuerunt proportionem. Ergo... Decet esse specialem Matris cum Filio similitudinem; ergo, sicut Christus fuit speciosus forma præ filiis hominum, nec ullus illo extitit pulchrior, modestior, in membris ornatiior, in gressibus maturior, in sermonibus gratiior, in aspectu venustior, artuum integritate ac partium scita proportione, coloris concinna suavitatem amoenior; ita Mariæ pulchritudo fuit incomparabilis, ita ut amore sui omnes intuentes castissime succenderet, omnium mentes impleret sui admiratione, omnes conversantes morum comitate demulceret, penderentque omnes audientes in mellifluis gratiæ verbis quæ procedebant ex ore ejus. (Ita Contenson, *Mariologia*.)

4º *Confirmatur ex figuris veteris Testamenti.* — Constat sanctas mulieres veteris Testimenti fuisse pulcherrimas et aliunde figurae B. M. : ita Rachel, Esther, Judith. Ergo et B. M., quæ fuit earum typus et exemplar, debuit esse pulcherrima. (Suarez, *ibidem*.)

Observandum tamen quod illa pulchritudo, nedum excitaret ad peccandum, imo e contra iis omnibus a quibus Maria conspiciebatur, vel quos ipsa aspiciebat, castitatem eximiam veluti afflaret. Ita communiter SS. PP. et theologi, sed præsertim divus Thomas qui hoc expresso docet. Hæc sunt verba S. Ambrosii : « Tanta erat ejus gratia ut non solum in se virginitatem servaret, sed etiam si quos inviseret, integratam insigne conferret. » Et Gersonius ita se habet : « Extinguebat libidinem divinus ille aspectus, quasi frigidus quidam ros virgineus ex oculis ejus spiraret vel efflueret ex sua mente sanctissima. » Quomodo autem ille mirabilis effectus ex visu Virginis prodiret ignoratur. Alii illud tribuunt mirabili Virginis sanctitati, in animo ejus latenti et per corpus ejus quasi sagittas pudicitiae jaculanti. Alii probabilius cum divo Thoma contendunt ipsummet Deum ad præsentiam Mariæ hunc mirum effectum produxisse et extinguisse concupiscentiæ ignes.

§ 4. DE VIRGINITATE B. MARIAE

Virginitas B. M. sub duplici respectu considerari potest, vel quoad integratatem corporalem, vel quoad virtutem animi.

I. DE VIRGINITATE DEIPARÆ QUOD INTEGRITATEM CORPORALEM

Virginitas B. M. hoc habuit singulare quod secundum conjuncta fuerit, unde ex privilegio omnino eximio fuit simul et Virgo et mater. Itaque ejus integritas corporalis relative ad partum Christi sub triplici

respectu considerari potest, nempe ante partum, in partu, post partum.

QUÆRITUR utrum B. M. integratam corporis servaverit ante partum, in partu, et post partum?

AD 1^{um} Dico : B. Maria virgo fuit ante partum.

Prob. 1º Est de fide contra Cerinthum, Ebionem et Carpocratem, qui contendebant Christum esse purum hominem, et ipsum, cæterorum more, ex commercio viri cum muliere ortum existimabant.

Prob. 2º ex his Isaiæ verbis, cap. vii : Ecce Virgo concipiet et pariet filium. Unde sic argumentor : Hæc verba probant B. M. fuisse virginem in conceptu, si vox Virgo significat virginem proprie dictam. Atqui res ita se habet. Ergo... — Prob. minorem. Constat minor 1º ex eo quod, juxta linguæ hebraicæ peritos, vox hebræa haalma (virgo) cum articulo emphatico ha nullibi usurpatur in Scripturis, nisi pro puella virgine designanda. 2º Patet ex contextu. Isaias hoc loco prænuntiat portentum ingens et inauditum; quid vero novi et portenti haberet, si puella, virum experita, esset filium paritura? 3º Demum, S. Matth., cap. ii, volens probare Christum esse conceptum ex Spiritu sancto, dicit : Hoc totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem : ECCE VIRGO CONCIPIET ET PARIET FILIUM. Ergo... (Conf., si lubet, Perrone, *Compend.*, vol. II, pag. 51.)

Prob. 3º ex novo Testamento, — nempe ex his verbis Matth. : Inuenta est habens de Spiritu sancto; et infra : Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est; et ex his Lucæ : Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco..., Spiritus sanctus superveniet in te, et vir-

tus Altissimi obumbrabit tibi. Hi textus adeo clari sunt, ut nulla tergiversatione eludi possint.

Prob. 4º ex auctoritate Ecclesiæ et universalis traditione. — Omnia enim concilia quæ de Incarnatione disserunt, hoc in primis supponunt ac definiunt, ut in conc. Ephes., Chalc. v, etc. SS. PP. unanime est testimonium; itaque verba Greg. Naz. tanquam præclariora tantum adferemus: « Si quis Christum per « Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem « in ea divino modo, quia absque opera viri, forma- « tum esse dixerit, atheus est. » (Suarez, vol. II *de Incarn.* disput. v, sect. 1.)

Prob. 5º rationibus S. Thomæ (3^a Part., quæst. xxviii, art. 1) : Primo, quia virginitatem Matris exigebat Patris mittentis dignitas, quæ, cum sit character primæ personæ, non debuit creaturæ communicari, ut contingeret si Christus habuisset patrem super terram, nec conceptus fuisset ex Virgine. — Secundo, quia id requirebat puritas Verbi, quod cum absque corruptione cordis concipiatur, conveniens fuit ut etiam sine corruptione Matris conceperetur. Unde in concilio Ephesino dicitur: « Neque nostrum verbum, cum paritur, corrumptit mentem; neque Deus Verbum substantiale partem eligens permetit virginitatem. » Quare, sicut verbum non solum in corde absque corruptione concipitur, sed etiam ex corde absque corruptione procedit: ita Christus ex Maria. — Tertio, quia immaculatam Christi humanitatem quæ peccatum sublatura venerat, non decebat iis esse obnoxiam sordibus, quibus caro ex concubitu nata subjecta est. — Quarto, quia finis Incarnationis est ut homines renascantur in filios Dei,

non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo: ergo convenienter spiritalis generationis exemplar in Christi debuit conceptione prælucere, ut, sicut caput nostrum de Virgine nascebatur, ita et membra de Virgine Ecclesia secundum spiritum nascerentur. — Quinto, quia effectus Incarnationis est sanctificatio nostra, qua mundamur ab omni corruptione peccati: ergo non fuit conveniens ut Verbum incarnatum virginitatem Matris nascendo corrumperet. « Fas non erat, inquit Augustinus, ut per « ejus adventum violaretur integritas, qui venerat sa- « nare corrupta. Nec congruebat ut Matris honorem « nascendo minueret, qui parentes præceperat hono- « rari. » (Conf. Suarez, vol. II, *de Incarnat.*, disput. v, sect. ii; de Rhodes, quæst. ii, sect. v, § 1.)

Ad 2nd Dico: *B. M. V. virgo fuit in partu.*

Prob. 1º Est de fide contra Jovinianum qui, licet agnosceret B. Mariam fuisse virginem in conceptu, ipsam tamen contendebat in partu fuisse corruptam.

Prob. 2º ex vaticinio Isaiae supra allato. Verba enim hujus prophetæ non tantum in conceptu, sed etiam in partu B. Mariam virginem permansisse aperte adstruunt.

Prob. 3º ex universalis Ecclesiæ traditione. — Statim enim ac Jovinianus hunc errorem professus est, tanquam haereticus habitus est. — Sanctus Ignatius: « Decebat, inquit, Creatorem non consueto, sed pere- « grino et admirando uti partu, utpote omnium op- « ficem. » Leo Papa in serm. *de Nativitate* hæc habet: « Merito virginea integratati nihil corruptionis intulit « partus salutis, quia custodia fuit pudoris, editio ve- « ritatis. » Et serm. 2: « Nova, inquit, nativitate

« genitus est natus ex Virgine, sine maternæ integritatis injuria, quia futurum hominum Salvatorem talis ortus decebat qui et in se haberet humanæ substantiæ naturam et humanæ carnis inquinationem nesciret. »

« Id explicant Patres exemplo fructus maturi ultro ab arbore elabentis, nec vellicari indigentis, quia sponte prodit ex arbore illæsa : Sic, inquit Cyprianus, Christus nullo dolore, nulla naturæ contumelia, absque ullo obstetricantis obsequio natus est. Exemplum etiam adhibent sideris, quod absque laesione suum emittit radius, et absque corruptione Virgo peperit Filium : nec sideri radius, ait Bernardus, suam adimit claritatem, nec Virgini Filius suam adimit integratatem. Sicut etiam splendor solis vitrum absque laesione perfundit et penetrat, ejusque soliditatem insensibili subtilitate perirat, jicit, nec cum ingreditur violat, nec cum egreditur dissipat : sic Dei Verbum, splendor Patris, virginem habitaculum adiit, et inde clauso utero prodidit; quia Mariæ puritas speculum est illibatum quod nec lucis repercussu scinditur, nec radiorum cuspide feritur, sed innocuo tramite præbet fulgori commatum. Rursum, sicut radius in vitrum purum ingreditur, incorruptus egreditur; colorem tamen vitri induit, quod irradiat : sic Dei Filius purissimum Virginis uterum ingressus, purus egressus est, sed colorem Virginis, id est humanam suscepit naturam, humanæque speciei decorum induit et praecinxit se. Quid splendidius ea, inquit Ambrosius, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generavit? Deni-

« que exemplo fontis utuntur; quia, sicut homo pelliculam respiciens fontem propriæ ibi imprimit faciem imaginem : sic Domino respiciente humiliatem ancillæ suæ, statim divinæ puritatis et fecunditatis imago in Mariam vibrata resulsa. Maria fons, inquit Richardus a S. Laurentio, vicem speculi superplet : facies Patris Filius est; hanc autem faciem nobis reddidit fons iste, respiciente Patre humiliatem ancillæ suæ. » (Contenson, *Marialogia*.)

4º *Suadetur ex variis congruentiis* ex S. Thoma de promptis : « Et hoc, inquit, conveniens fuit propter tria. Primo quidem, quia hoc competebat proprietati ejus qui nascebatur, qui est Verbum Dei; nam verbum non solum in corde absque corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Unde, ut ostenderetur quod illud esset corpus ipsius Verbi Dei, conveniens fuit ut de incorrupto Virginis utero nasceretur. — Secundo, hoc est conveniens quantum ad effectum Incarnationis Christi. Nam ad hoc venit ut nostram corruptionem tolleret, unde non fuit conveniens ut virginitatem Matris nascendo corrumperet. » Unde August. dicit : « Fas non erat ut per ejus adventum violaretur, qui venerat sanare corrupta. — Tertio, fuit conveniens ne Matris honorem nascendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos. »

Circa vaticinium Isaiæ plura proponuntur objecta quæ apud Perrone (vol. II, *Comp.*, pag. 52) optime solvuntur. Quod si gloriosa Virgo se subiecta legi purificationis, non inde concludendum est ipsam peperisse eodem modo ac aliae mulieres; id fecit tantum humilitatis causa.

AD 3^{um} Dico : *B. M. post partum virgo permanxit.*

Prob. 1^o Est de fide contra Helvidium qui dixit Matrem Christi post partum a Joseph fuisse carnaliter cognitam et alias genuisse filios.

Prob. 2^o ex illo Ezech. 44 : *Porta hæc clausa erit et non aperietur, et vir non transibit per eam, quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam.* Quæ verba a sancto Augustino de gloria Virgine exponuntur hoc modo : « Quid est porta Domini clausa, nisi quod « Maria semper erit intacta? et quid est clausa in æternum, nisi quod Maria virgo est ante partum, et « virgo in partu, et virgo post partum? »

Prob. 2^o Hæc est Ecclesiæ catholicæ traditio et fides adeo indubitata et universalis, ut in omnibus suis officiis Mariam semper virginem, virginem ante partum, in partu, et post partum, unanimi consensu celebret; et hoc ipso quo quis profert nomen Mariæ, statim virgo intelligitur, adeo ut, juxta S. Epiphanium, altera non videatur S. Mariæ vox et virgo. Insuper statim ac Helvidius suas blasphemias proferre ausus fuerit, ab omnibus tanquam hæreticus habitus est.

Prob. 4^o ratione theologica. — *B. M. Josepho desponsata virginitatem voverat, ut patet ex verbis : Quomodo fiet istud?* et ut jam probabimus. Quis hoc sciens credere poterit S. Virginem, a proposito resilienter, postea virum cognovisse?

Prob. 5^o ex variis congruentiis. — (Conf. S. Thomas, *ibidem*, art. III; Suarem, *ibidem*, sect. III). Hæ sunt rationes. *1^o* Error Helvidii derogat perfectioni Christi : quemadmodum enim secundum divinam naturam unigenitus est Patris tanquam perfectus per

omnia Filius ejus, ita decuit ut esset unigenitus Matris tanquam perfectissimum germen ejus. *2^o* Hic error injuriam facit Spiritui sancto cuius sacrarium fuit uterus virginalis, in quo carnem Christi formavit : unde non decebat quod de cætero violaretur per commixtionem virilem. *3^o* Derogat dignitati et sanctitati Matris Dei, quæ ingratissima videretur si tanto Filio contenta non esset, et si virginitatem quæ in ea miraculose conservata fuerat, sponte perdere vellet. *4^o* Etiam ipsi Joseph esset ad maximam præsumptionem imputandum, si tale opus attentasset. (S. Thomas, quæst. 28, art. 1, 2). *5^o* Decuit consilium virginitatis non tantum a Christo, sed etiam ab ejus Matre perfectissime custodiri, ut omnibus virginibus legis novæ ipsa esset perfectum virginitatis exemplar. (Conf. Billuart, *de Myst. Christ.*, dissert. I, art. III, circa virginitatem.)

SOLVUNTUR OBJECTIONES

Objicies 1^o Apud Matth. 1, dicitur de Maria et Joseph : *Antequam convenienter, inventa est habens de Spiritu sancto;* ergo convenerant postea : non dicitur enim de aliquo non pransuro, antequam pranderet. Ibidem dicitur : *Joseph accepit uxorem suam, et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum,* ergo, si verba sensu obvio accipiuntur, deinde cognovit eam, nam Christus vocatur ipsius filius primogenitus.

Respondeo. Ad 1^{um} dico : Particula *antequam* non semper adhibetur ad significandum quod res postea facta fuerit, sed tantummodo quod res soleat fieri, vel

saltem existimabatur eventura; ut si diceretur: Antequam nautæ in portu pranderent navigaverunt, non significaretur nautas pransisse in portu postquam navigaverint, sed eos solitos et cogitantes prandere abiisse impransos. — Ad 2^{um}: Sæpius particula *donec* adhibetur non ad significandum quod res post factum enuniatum advenerit, sed tantum quod antea non advenerit; ut clare constat ex illo verbo Scripturæ: *Misit corvum, qui non revertebatur donec siccarentur aquæ.* De facto tamen corvus nunquam reversus est. Ex verbo primogenito nihil amplius concludi potest, quia in Scripturis sæpe ille dicitur Primogenitus qui primus nascitur, sive alii post illum gignantur, sive non, ut constat ex multis exemplis.

Objicies 2º Scriptura exprimit Christum revera habuisse fratres, namque dicitur apud Joannem quod Christus descendenter in Capharnaum cum matre et fratribus suis.

Resp. Secundum morem S. Scripturæ fratres Domini dicuntur qui erant ejus consanguinei, ut patet de Abraham et Lotu (Gen. XIII), de Laban et Jacob (Gen. XXIX).

II. DE VIRGINITATE DEIPARÆ QUOD VIRTUTEM ANIMI

QUÆRITUR utrum Deipara emiserit votum virginitatis, et quo tempore?

Ad 1^{um} DICO: Deipara emisit votum virginitatis. (Est contra Calvinistas, qui inde vident probari vota monastica.)

Prob. 1º ex responso ipsius Deiparæ angelo nun-

tanti, quod Christum conciperet et pareret: *Quomodo, inquit, fiet istud? quoniam virum non cognosco.* Unde sic: Vel illa verba significant B. Mariam vovisse virginitatem, vel nullum præbent sensum. Ergo...

Prob. antec. His verbis objicit B. Maria difficultatem quæ prohibere posset ne propositioni angeli obtemperaret; sed illa difficultas oriri non potest ex simplici proposito servandæ castitatis: propositum enim propria voluntate mutari potest; nec ex eo quod nunquam virum cognoverat: non repugnat enim quod quæ nondum cognovit virum, deinde cognoscat. Ergo illa difficultas necessario oritur ex voto virginitatis emiso.

Prob. 2º ex SS. Patribus qui hanc doctrinam unanimiter tenent. Inde S. Augustinus circa hæc verba: *Quomodo...:* « Hoc profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante vovisset. »

Prob. 3º Ratio suffragatur. Perfectionis opera magis sunt laudabilia, si ex voto fiant. Atqui virginitas excellere debuit in Matre Dei, propterea quod aliis virginibus proponenda erat in exemplum, et propter alias rationes quas supra exposuimus. Ergo...

AD 2^{um} controvertitur inter auctores, utrum votum istud fuerit emissum absolute ante matrimonium Virginis cum B. Joseph, vel tantum matrimonio jam inito. Constat enim illud votum fuisse absolutum ante salutationem ab angelo, ut patet ex dictis.

Prima sententia, quæ est expressa opinio divi Thomæ, docet Deiparam primum vovisse virginitatem conditionate, nempe si Deo placeret aut aliud non ordinaret; postea, cognita Dei voluntate et accepto sponso secundum mores illius temporis, una cum

ipso absolutum votum emisso. Et sic adstruitur hæc sententia :

*Etsi tempore B. V. non adfuerit præceptum strictum saltem singulis vacandi generationi, attamen contrarium erat moribus Israelitarum præsertim mulierum colere virginitatem; inde Virgo prudens et religiosa timere poterat ne votum virginitatis Deo displiceret : ergo non debuit illud emittere absolute, sed conditionate. (S. Thomas, quæst. 28, art. 4; Biliuart, de *Myst. Christi*, dissert. I, art. IV; Contenson, *Marialogia*, cap. II, § 3; et alii.)*

Secunda sententia, quæ est communis et nobis videtur certa, docet votum fuisse absolutum etiam ante matrimonium contractum.

1º Probatur ex SS. Patribus qui docent B. V. emisso votum virginitatis ante matrimonium, nec distinguunt inter votum absolutum et conditionatum : ergo fuit absolutum.

2º Probatur ac ratione : Illud B. Mariæ tribuendum est quod est perfectius, et aliunde non repugnat. Atqui perfectius est votum absolutum quam conditionatum, ut satis per se patet, nec illud ullo modo repugnare videtur. Undenam enim repugnaret? Nulla ratio solida opponi potest. Non lex vacandi generationi, lex illa non existebat; non matrimonium B. Mariæ cum B. Joseph, verum enim matrimonium stare potest cum voto virginitatis, ut dicetur infra; non demum ratio a D. Thoma allata : supponit enim D. Thomas B. Mariam saltem matrimonio inito certo cognovisse virginitatem Deo placere; sed nihil obstat quin supponamus illud B. Mariæ fuisse revelatum etiam ante matrimonium.

3º Confirmatur etiam ex alia ratione : Si supponeretur B. V. nupsisse antequam absolutum emiserit votum eo quod sub lege veteri non ita Deo grata esset virginitas, tum dicendum esset ipsam nupsisse cum animo cognoscendi virum, quod horret animus cogitare. Ergo... — Ita communiter Vasquez, Suarez, de Rhodes.

Si quæras præcise quo tempore illud votum fuerit emissum ante matrimonium, facile respondeatur fuisse emissum statim ac B. Maria habuit propositum servandi virginitatem, id est a principio usus rationis. Tribuenda est enim gloriosæ Virgini perfectissima castitas quæ ipsi tribui potest. (Ita Suarez, de Rhodes, *ibidem*.)

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

*Objicies contra 1^{am} conclusionem. — B. Maria non ignorabat Messiam esse nasciturum ex virgine, juxta illud Isaiæ : *Ecce virgo concipiet*; unde statim intellexit se esse virginem concepturam. Exinde oritur difficultas : Si Virgo intellexit illud mysterium, ut supponitur, non est cur de virginitate fuerit sollicita, hinc concludi potest ipsam non protulisse hæc verba : *Quomodo fiet istud?* ut votum suum opponeret, sed tantum ut modum conceptionis inquireret; ergo hæc verba non probant ipsam vovisse virginitatem. Ergo...*

*Resp. Hæc difficultas non destruit argumentum supra factum, quia hæc verba Mariæ : *Virum non cognosco*, aperte supponunt propositum nunquam cognoscendi virum, nec ullo alio modo explicari possunt; aliunde difficultas diversimode solvi potest.*

1º Supponi potest cum Billuart (*ibidem*, art. iv) non statim B. V. occurrisse illud verbum Isaiæ ut ad se pertinens, eo magis quod esset humillima; unde dicitur turbata in sermone angeli. 2º Dici potest ipsam inquisisse ab angelo, modum hujus conceptionis quem plane ignorabat; nec defuerunt ipsi rationes ad hoc inquirendum. 3º Licet Virgo privatum mysterium intellexerit, potuit tamen se gerere quasi id nesciret, tum ut suum propositum immobile ostenderet, tum ut angelus modum suæ conceptionis divina auctoritate testaretur. (Suarez, *disput.* vi, sect. ii.)

QUÆRITUR utrum B. Maria prima fuerit in vovenda et servanda castitate?

Resp. Quæstio intelligi potest vel de ordine temporis, vel de perfectione castitatis. (Suarez, *ibidem*, sect. iii). Hinc.

Dico Iº : Certum est Deiparam, quoad virginitatis perfectionem, inter omnes puras creaturas primatum habuisse.

Prob. 1º Haec conclusio evidenter eruitur ex doctrina Patrum. 2º Ratione facile demonstratur. Quacumque enim ex parte spectetur virginitas Deiparæ, fuit excellentissima, sive ex parte principii ex quo procedebat: voluntas enim illam servandi procedebat ex perfectissimo Dei amore ac puritatis; sive ex parte modi quo servata est, cum B. V. omni prorsus motu castitati contrario aut repugnanti caruerit, imo alias ad castitatem provocaverit; sive demum ex parte finis ad quem tendebat: fuit enim illa virginitas propter altissimum finem a Deo ordinata, nempe ad generationem Filii et ad consecrandum Verbo thalamum, ex quo caro factum nasceretur.

Dico IIº : Probabilius videtur Ipsam fuisse primam inter mulieres quæ voverit castitatem. (Ita communiter.)

Prob. 1º Afferuntur ad id probandum aliquæ Scripturæ : Ps. XLIV, *Adducentur regi virgines post eam*; id est, post reginam quæ prima summo Regi dicavit virginitatem. Huc pertinet *Aaronis virga*, utpote figura B. V.; virga quippe illa turgentibus gemmis floruit in amygdalas, quæ arbor ante omnes floret. Unde quidam auctor pulchre dixit : « Quoniam ipsa « Virgo votum virginitatis ante omnes alios emisit, « recte per amygdalam figuratur inter alias arbores « prius flores emittentem. » Denique Canticorum : *Hortus conclusus, fons signatus*, ubi teste S. Hieronymo puritas simul et fecunditas virginis designantur; et statim additur : *Emissiones tuæ paradisus*; nam a Dei matre plurimæ virgines ortæ sunt quas illa parturisse visa est. (Ita S. Hieronymus¹).

Prob. 2º præsertim ex auctoritate Patrum. — Et 1º S. Ambrosius dicit : « Egregia Maria, quæ « signum sacræ virginitatis extulit et intemeratæ « virginitatis, pium Christo vexillum levavit. » Et S. Hieronymus : « Mihi, inquit, virginitas in Maria dedicatur et Christo. » Et Ven. Beda : « Votum virginitatis prima vovisti; prima seminarum tantæ se « virtuti mancipare curavist. » S. Joannes Damascenus : « Tu, inquit, virginitatis feracissima planta; « per te enim virginitatis pulchritudo latissime se

¹ Hæc sunt verba Hieronymi : « Quod clausum est atque signatum similitudinem habet Matris Domini, matris et virginis, et tamen perpetua est Mater virginum; sequitur enim : *Emissiones tuæ paradisus.* »

« diffundit. » Adde has locutiones Patrum qui vocant Mariam *virginum vexilliferam, magistrum virginum, virginitatis primipilam, typum*, etc., etc. Ergo... Sunt alii sancti Patres qui expressius loquuntur, S. Bernardus : « Propositum virginitatis et ipsius quoque propositi novitas virginitatem carnis illustrat, quod videlicet, in libertate spiritus legis Mosaicæ decreta transcendens, illibatam Deo corporis et spiritus sanctimoniam vovit. » Et S. Anselmus dicit Christo : « Descendi e regali solio sublimis gloriæ tuæ in humilem et abjectam oculis suis puellam, primo virginitatis continentiæ voto sigillatam. » (Billuart, *ibidem*, art. iv.)

4º Ratione confirmatur.— 1º Votum virginitatis ad statum perfectionis pertinet, ergo decuit ut haberet initium in lege gratiæ, et hoc in B. Maria. Ergo... 2º Si quid obstaret nostræ propositioni, illud præsertim quod plures viri et feminæ ante Mariam castitatem servaverint; sed non inde evertitur nostra argumentatio, tum quia non omnino constat plures servasse virginitatem; tum quia, etiamsi illud constaret, non probatur votum fuisse emissum, imo ratione morum et temporum verisimilius est ipsos non vovisse. (Suaruz, *ibidem*, sect. III.)

QUÆRITUR utrum B. Maria pluris fecerit esse virginem quam esse matrem Dei; et utrum, data optione, potius elegisset virginitatem servare illibatam quam maternitatem adipisci? (De Rhodes, quæst. 2, sect. v.)

Ad Resp. prænotandum est hypothesis vix fingi posse, quia repugnare videtur, præsertim in statu naturæ lapsæ, Christum modo naturali conceptum fuisse; attamen, cum plures præsertim concionatores

hanc aliquando quæstionem attingant, hæc statui posse videntur :

Respondeo 1º : Nobis videtur certum quod B. Maria elegisset et debuisset eligere maternitatem præ virginitate, si ejus consensus necessarius fuisse ad salvandum genus humanum; ita filia regis contrahere matrimonium et amittere virginitatem deberet, si regni salus ageretur.

Respondeo 2º : Extra hunc casum, conclusio non ita certa est; et duplex datur sententia.

Prima sententia est eorum qui volunt B. M., optione data, potius electuram fuisse maternitatem divinam quam illibatam servare virginitatem. (Ita Christoph. Vega et alii.)

Probatur præsertim hæc ratione quod gloriosa Virgo debuit quod est majus et præstantius bonum minori bono præferre; sed maternitas divina est bonum longe præstantius et universalius quam virginitas: virginitas enim est tantum una ex virtutibus moralibus, maternitas autem affert secum omnia bona, pertinet ad ordinem unionis hypostaticæ, est suprema dignitas ad quam pura creatura evehi queat. Ergo...

Secunda sententia est eorum qui docent B. Virginem virginitatem præ maternitate electuram fuisse.

Hæ sunt rationes hujus sententiaz : 1º Ita concluderet fas est ex his verbis Mariæ ad angelum: *Quomodo fiet istud?* His enim verbis censetur gloriosa Virgo potius elegisse remanere virginem quam esse Matrem Dei, amissa virginitate. Aliunde hæc verba ita interpretatur S. Hieronymus : « Immobile virginitatis propositum quod, nec angelo Filium Deum promittente, aliqua tenus titubavit. » Ita concionatores et plures theo-

logi¹ (Bossuet, Bourdaloue, Bouvier, *de Incarnat.*; Billuart, *de Annuntiat.*, Dico 3^o; Aug. Nicolas, vol. II, pag. 167-180).

2^o Caritas, ait Contenson, in gratiam Dei summe dilecti sœpe bona in se prestantiora postponit : v. g. melius est amari a Deo, quam Deum amare; visio Dei perfectior est quam amor, et tamen sancti, ex inclinatione caritatis, magis eligunt amare quam amari, magis diligere quam videre, quia nimis caritas, in gratiam dilecti, potius eligit dare quam accipere. — Per maternitatem autem Maria ingens donum a Deo accipiebat, sed per virginitatem aliquid Deo dabat, corpus nempe et animum suum offerebat in hostiam viventem. Ergo... (Contenson, *Marialogia*; de Rhodes, *ibidem*.)

3^o Ita sentire videntur predicatores, qui quotidie docent B. V. potius electuram fuisse virginitatem quam maternitatem.

Ad quæstionem magis enucleandam nobis videtur duplum fingi posse hypothesis. Vel supponimus optionem dari B. V. inter virginitatem et maternitatem adæquate sumptam, id est cum omnibus donis quæ secum importat connaturaliter, ut supra explicatum est; vel inter virginitatem et maternitatem inadæquate sumptam.

Si prius, difficile nobis videtur contra P. de Rhodes Mariam non fuisse electuram divinam maternitatem pre virginitate : debuit enim hunc preferre statum in quo Deum ardentius diligeret, cum caritas sit men-

¹ Hæc verba tamen aliam patiuntur explicationem, ut infra, ubi de scientia Deiparæ.

sura perfectionis. Porro, quæ comparatio statui potest inter caritatem qua nunc flagrat gloria Virgo, utpote Dei mater, et caritatem qua arderet si tantummodo virginitatem illæsam servasset, non adepta dignitate Matris Dei? ipsam enim tot et tantis donis non cumulavit Deus, nisi ut esset sua Mater.

Si posterius, tunc veniunt rationes hinc et inde oppositæ, quas supra recensuimus pro utraque opinione; sed probabilius nobis videtur quod, in hac secunda hypothesi, B. Maria potius elegisset virginitatem; et ita sentiendo, minus a doctrina concionatorum recedere videmur¹.

§ 5 DE MATRIMONIO DEIPARÆ

QUÆRITUR utrum B. Maria vere et convenienter cum B. Joseph matrimonium contraxerit?

Ad 1^{am} Dico. B. Maria verum cum B. Joseph contraxit matrimonium. Est sententia communis.

Prob. 1^o Scriptura sacra. — Apud Matth. legitur: Jacob genuit autem virum Mariæ; item: Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph; item Joseph vir ejus. — Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Quæ verba de se aperta sunt, nec possunt, ad sensum alienum detorqueri.

¹ Evidem fatendum est concionatores, quando in suis sermonibus docent B. V. ita fuisse mente dispositam ut potius elegisset virginem remanere quam esse matrem Dei, amissa virginitate, non satis distinguere inter dignitatem Matris Dei adæquate vel inadæquate sumptam; ideo nostras conclusiones potius inquiringendo quam resolvendo proponimus. Forsitan theologi et concionatores consentiunt P. de Rhodes.

2º Patres in id asserendum conspirant: Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, et alii quos afferunt Vasquez, Suarez (disput. VII, sect. i); Billuart, (*de Matrimonio*, digress. historica). — S. Augustinus et S. Ambrosius asserunt matrimonium fieri sola passione conjugali, sola voluntate, et afferunt in exemplum ac probationem matrimonium B. Mariæ. Quod si quandoque a nonnullis negari videtur esse verum matrimonium, intelligendi sunt in eo sensu quod negaverint matrimonium fuisse consummatum.

3º Ratio suffragatur. — Si quæ existeret ratio ad negandum verum matrimonium, præsertim quia, ex dictis, gloria Virgo emiserat votum absolutum castitatis, et votum hujusmodi censemur destruere matrimonium. Jam vero illud votum non impedit quin existat verum matrimonium: et ratio est, quia ad essentiam matrimonii requiritur tantum jus radicale ad usum; sed jus illud potest non exerceri, imo et ligari potest per votum. Ergo... Inde gloria Virgo, sciens ex divina revelatione quod usus nunquam sequeretur, potuit sine læsione voti etiamsi absoluti tradere potestatem sui corporis B. Joseph, et acceptare potestatem in corpus illius, et ita contrahere verum matrimonium.

Ad 2º DICO: *Matrimonium inter B. M. et B. Joseph fuit convenientissimum.*

Convenientiam hujus matrimonii optime probat dominus Thomas, ex rationibus quæ deponuntur ex parte Christi, ex parte B. Mariæ et ex parte nostri.

1º Ex parte Christi. Id fuit congruum, ne Christus communiter haberetur illegitime natus, et sic rejiceretur a Judæis et a Gentibus; ut haberet aliquem a

quo nutriretur; ut consueto modo genealogia ejus per virum describeretur.

2º Ex parte Mariæ. Conveniens fuit illud matrimonium, ne ipsa Virgo, si extra matrimonium filium haberet, infamaretur ut fornicaria, aut etiam lapidaretur secundum legem; ut B. Virgo fugiens in Ægyptum haberet solatium, atque inde revertens, ipsa et filius haberent obsidia et subsidia paterna.

3º Ex parte nostri. Congruerat ut in persona Virginis, et virginitas et matrimonium simul honorarentur et consecrarentur, et sic B. Maria tum virginum tum conjugum constitueretur exemplar. Namque quatenus virgo, summam corporis et spiritus habuit puritatem, quatenus conjugata, obedientiam et subjectionem quam uxor marito debet, B. Joseph præbuit (e).

Dices: Ex Scriptura (Luc, i et ii) Maria dicitur tandem desponsata Joseph; ergo non erat conjugata.

Resp. Juxta morem Scripturæ ii dicuntur sponsi et sponsæ qui, quamvis per verba de præsenti sint conjuncti, nondum tamen sunt carnaliter commixti: ex quo manifestum est B. Mariam fuisse simul et desponsatam et uxorem. Ergo...

QUÆRITUR. *Quandonam matrimonium istud fuerit contractum, et quonam ulteriusque ætatis anno?*

Ad 1º DICO: *Certum est illud matrimonium fuisse perfectum ante Annuntiationem.*

Prob. 1º ex his verbis: *Missus est Gabriel ad Virginem desponsatam viro.* Porro illa desponsatio intelligi debet de vero matrimonio, ut supra explicatum est. — 2º Ideo secundum Patres Christus voluit nasci ab uxorata, ut Matris honori consuleretur. Ergo oportet

tuit ut eo tempore quo B. V. concepit jam haberet sponsum. (Sic, contra quosdam Patres, Billuart, dissert. 1, art. iv.)

Ad 2nd Dico. 1^o *B. Joseph, quando cum Maria matrimonium init, non erat senex octogenarius, sed aetate florens.*

Prob. Ideo juxta SS. Patres Joseph datus est maritus B. Mariæ ut illi esset solatio et præsidio in fovenda et educanda prole, et præsertim ut ejus honor in tuto poneretur. Jam vero ad hos fines attingendos congruebat virum esse aetate florentem, non senem effœtum. Ergo...

Dico 2^o: Quoad aetatem B. Mariæ, non ita inter se concordant auctores. Billuart contendit ipsam magis in aetate provectam quam vulgo supponitur: quia, cum nuberet non libidine aut desiderio prolixi impulsu, sed ut Judæorum moribus se conformaret, nulla erat ratio accelerandi suum matrimonium. Attamen sententia communis et quæ videtur probabilior tanquam traditioni magis consentanea, supponit ipsam fuisse nuptiam paulo post inchoatum decimum quartum annum.

Nota. Hic esset locus inserere digressionem, tum theologicam, tum historicam, circa gloriosum Mariæ sponsum; brevitas causa hanc ad calcem remittimus (Suarez, *Compendium*, dis-put. xviii tota; edit. Migne, pag. 706.) ad calcem.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS SECUNDUS

DE PRIVILEGIIS INTERNIS B. MARIÆ

Inter privilegia ipsius interna annumeramus gratiam sanctificantem, scientiam et gratias gratis datas.

§ 1. DE GRATIA SANCTIFICANTE, VEL DE SANCTIFICATIONE DEIPARÆ

Duplex sanctificatio in B. Maria distingui potest, nempe primaria et secundaria. Per primariam sanctificationem, intelligitur gratia sanctificans quæ a Deo ipsi collata est, modo mere gratuito, in primo instanti conceptionis; per secundariam, e contra, hæc gratia quam deinde decursu vitæ, præsertim ope actuum, acquisivit.

I. DE PRIMARIA B. V. SANCTIFICATIONE

QUÆRITUR 1^o quandonam sanctificata fuerit ?
2^o quanta fuerit perfectio hujus primariæ sanctificationis?

QUESTIO PRIMA. — *Quandonam B. Maria sanctificata fuerit?*

Præsuppono B. Mariam fuisse sanctificatam in utero matris; unde tota questio ad hoc punctum reducitur, utrum scilicet sanctificata fuerit in primo instanti conceptionis suæ. Itaque ad hanc questionem elucidandam accurate distinguendum est inter immunitatem

tuit ut eo tempore quo B. V. concepit jam haberet sponsum. (Sic, contra quosdam Patres, Billuart, dissert. 1, art. iv.)

Ad 2nd Dico. 1^o *B. Joseph, quando cum Maria matrimonium init, non erat senex octogenarius, sed aetate florens.*

Prob. Ideo juxta SS. Patres Joseph datus est maritus B. Mariæ ut illi esset solatio et præsidio in fovenda et educanda prole, et præsertim ut ejus honor in tuto poneretur. Jam vero ad hos fines attingendos congruebat virum esse aetate florentem, non senem effœtum. Ergo...

Dico 2^o: Quoad aetatem B. Mariæ, non ita inter se concordant auctores. Billuart contendit ipsam magis in aetate provectam quam vulgo supponitur: quia, cum nuberet non libidine aut desiderio prolixi impulsu, sed ut Judæorum moribus se conformaret, nulla erat ratio accelerandi suum matrimonium. Attamen sententia communis et quæ videtur probabilior tanquam traditioni magis consentanea, supponit ipsam fuisse nuptiam paulo post inchoatum decimum quartum annum.

Nota. Hic esset locus inserere digressionem, tum theologicam, tum historicam, circa gloriosum Mariæ sponsum; brevitas causa hanc ad calcem remittimus (Suarez, *Compendium*, dis-put. xviii tota; edit. Migne, pag. 706.) ad calcem.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS SECUNDUS

DE PRIVILEGIIS INTERNIS B. MARIÆ

Inter privilegia ipsius interna annumeramus gratiam sanctificantem, scientiam et gratias gratis datas.

§ 1. DE GRATIA SANCTIFICANTE, VEL DE SANCTIFICATIONE DEIPARÆ

Duplex sanctificatio in B. Maria distingui potest, nempe primaria et secundaria. Per primariam sanctificationem, intelligitur gratia sanctificans quæ a Deo ipsi collata est, modo mere gratuito, in primo instanti conceptionis; per secundariam, e contra, hæc gratia quam deinde decursu vitæ, præsertim ope actuum, acquisivit.

I. DE PRIMARIA B. V. SANCTIFICATIONE

QUÆRITUR 1^o quandonam sanctificata fuerit ?
2^o quanta fuerit perfectio hujus primariæ sanctificationis?

QUESTIO PRIMA. — *Quandonam B. Maria sanctificata fuerit?*

Præsuppono B. Mariam fuisse sanctificatam in utero matris; unde tota questio ad hoc punctum reducitur, utrum scilicet sanctificata fuerit in primo instanti conceptionis suæ. Itaque ad hanc questionem elucidandam accurate distinguendum est inter immunitatem

a peccato originali, et immunitatem a communi redēptione quæ a Christo facta est; longe enim differeunt *macula et debitum peccati originalis*. *Macula peccati* est ipsummet peccatum inquinans animam, ipsamque exosam Deo et ream æternæ damnationis constituens. *Debitum peccati* e contra est tantum obligatio, seu quædam moralis necessitas hanc maculam contrahendi, nisi adsit ex parte Dei positiva præservatio; et hæc necessitas oritur ex actuali peccato Adami qui fuit constitutus a Deo caput morale omnium hominum.

Porro illud *debitum* duplex distinguitur, nempe *debitum proximum* et *debitum remotum*. *Debitum proximum* peccati est necessitas pro aliquo homine contrahendi maculam vi conceptionis suæ, quia censemur peccasse in Adamo, id est inclusus fuit in illo decreto ex quo Adamus constitutus est caput morale generis humani quoad gratiam amittendam vel transmittendam. *Debitum remotum* e contra non est necessitas contrahendi maculam vi conceptionis ac proinde vi decreti, sed tantummodo necessitas ex qua aliquis homo quatenus filius Adami debet includi in illo decreto, nisi intuitu meritorum Christi ab illa lege communi dispensemetur. Res illustrari potest exemplo: Supponatur, v. g. aliquam mulierem per contractum in servitutem redigi. Si in ipsomet contractu aliquis ejus filius eximeretur ne servus nascetur, merito diceretur filium non contraxisse debitum proximum servitutis, sed tantum remotum, quia ex una parte, quatenus filius servæ, obnoxius erat servituti, et ex altera parte fuit a servitute liberatus antequam mater in servitutem redacta fuerit. Sed e contra,

si non fuisset liberatus a servitute in ipsomet contractu, sed tantummodo post contractum initum, diceretur contraxisse debitum proximum nascendi servus: ratio per se patet. Notandum est tamen apud plures auctores hanc distinctionem debiti proximi et remoti non reperiri; loquantur tantum de debito simpliciter et sine addito, sed per debitum simpliciter intelligunt illud quod vocamus debitum proximum.

His præsuppositis, ad quæstionem solvendam: 1º Statuemus dogma catholicum circa Conceptionem Immaculatam B. Mariæ; 2º perpendemus utrum aliquid debitum peccati originalis contraxerit et quale debitum, proximum scilicet an remotum.

Hinc circa dogma catholicum statuitur propositio sequens:

PROPOSITIO

B. M. EX PRIMO INSTANTI CONCEPTIONIS SUÆ, SINGULARI OMNIPOTENTIS DEI PRIVILEGIO, ET INTUITU MERITORUM CHRISTI, FUIT AB OMNI LABE CULPÆ ORIGINALIS EXEMPTA AC IMMUNIS

Est de fide. (Conf. Perrone, *de Deo creatore*, continuatio.)

Ad probat. præsuppono duplēm distingui conceptionem, nempe conceptionem activam et passivam. Conceptio activa ea est quæ se tenet ex parte parentum et ad corpus terminatur; conceptio e contra passiva ea est quæ in ipsam personam concepta consideratur, et terminatur ad animam quatenus primo in-

stanti infunditur a Deo in corpus jam formatum. Porro per se patet quæstionem præsentem moveri non posse de conceptione activa, sed tantum de conceptione passiva; namque sanctificatio existere nequit nisi in anima, quæ est verum subjectum peccati vel gratiæ, dum corpus cui copulata est non potest nisi participare effectui peccati vel gratiæ. His præsuppositis.

1º *Est de fide* ex bulla *Ineffabilis* recenter edita : « Definimus doctrinam quæ tenet beatissimam Virginem Mariam, in primo instanti conceptionis suæ fuisse singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris generis humani, ab omni originalis culpæ labे præservatam immunem, esse a Deo revelatam atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. »

2º *Innuitur Scriptura*. — 1º Ex his verbis Geneseos: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus*. Ex textu allato constat caput dæmonis conterendum esse, de ipso plenum referendum esse triumphum sive a Christo ipso, ut quidam contendunt, sive a B. M., ut nonnulli volunt, prout ipsum vel ipsa legitur in diversis versionibus; et inde sic argumentor: Hic triumphus plenus prænuntiatur in textu allato, tanquam fructus et effectus inimicitarum quæ ponendæ sunt ab ipso Deo, inter serpentinem et mulierem mulierisque semen. Jam vero illæ inimicitiae fuerunt communes et eadem inter serpentinem et mulierem ejusque semen, ut satis indicant hæc verba: *inimicitias ponam*, etc... Ergo et triumphus debet esse utriusque communis et plane idem, id est perpetuus et absolutus. Sed triumphus hic plenus non

esset si dæmon veneno suo seu peccato, mulierem seu B. Virginem infecisset, aut quod idem est, si mulier perpetuo a culpa non fuisset immunis; hac enim in hypothesi non ipsa contrivisset caput serpentis, sed serpens contrivisset caput mulieris. — 2º Ex his verbis: *Ave, gratia plena*. Hæc verba, juxta omnium interpretationem, etiam divi Thomæ, complectuntur omnia privilegia et dona gratiæ quæ secundum rectam rationem decent Matrem Dei, et inde colligunt Patres et theologi Ipsam fuisse sanctificatam in utero, et a peccato actuali immunem. Atqui ostendemus infra privilegium de quo agitur non minus decere Matrem Dei. Ergo pari ratione concludi potest illud ad B. V. pertinere. — 3º His adde hæc verba: *Benedicta tu inter mulieres; Invenisti gratiam; Fecit mihi magna qui potens est*; et verba Canticorum: *Sicut lilium inter spinas; Tota pulchra es, et macula non est in te*, et sexcenta alia quæ virtute continent illud privilegium. Ergo... (Suarez, disput. III, sect. v tota.)

3º *Probatur ex SS. Patribus*. — Illud dogma conceptionis immaculatæ B. M. et perpetuæ sanctitatis, absque ullo dubio tenuerunt SS. Patres qui sive expoundingo verba Scripturæ quæ ad sanctam Virginem referuntur, sive ipsi applicando varias figuræ veteris Testamenti, sive expresse tractando de ipsius sanctitate, illud privilegium, non dicam, argumentis adstruunt, sed simpliciter asserunt, cum illud perpetuo supponant. Atqui res ita se habet. Ergo... *Minor constat quoad triplicem partem ex bulla Ineffabilis*, ubi congeruntur testimonia Patrum modo oratorio, et præsertim quoad sensum ab his verbis bullæ: *Equidem Patres Ecclesiæque scriptores...* usque ad

hæc : *Nil igitur mirum si de Immaculata...* (Confer bullam, si libet.) Nos præter hunc abundantem argumentorum fontem ad quem remittimus, proferemus tantum præcipuos textus qui unamquamque minoris partem magis probare nobis visi sunt. (Conf. Perrone, loco citato.) Itaque 1º plures sancti Patres, Scripturæ verba interpretando, illud B. M. privilegium supponunt. Ita Chrysostomus, explanans locum Geneseos, Deum serpentem alloquenter sic inducit : « *Neque hoc contentus ero quod super terram reptes, sed et INIMICAM FEDERISQUE NESCIAM faciam tibi mulierem, neque eam solam, sed et semen ejus semini tuo hostem perpetuum faciam.* » En inimicitias perpetuas inter mulierem et serpentem denuntiatas. S. Joan. Damasc. circa hæc verba : *gratia plena*, declarat Virginem angelos sanctitate superasse his verbis : *Ave, vere gratia plena, ave quoniam angelis tu sanctior es et archangelis præstantior...*, etc. etc. Exinde B. V., per gratiæ plenitudinem quam consecuta est, fit prorsus singularis inter omnes puras creaturas, purior cœlestibus agminibus, ac proinde omnis labis expers. — 2º Alii, æquiparando sanctitatem Virginis veteris Testamenti figuris, illud privilegium supponunt. Sie comparatur *paradiso*, ubi abrogata est condemnatio et ubi serpens aditum non habuit; *terræ*, ex qua formatus est Adam priusquam illa malediceretur; *arcæ Noe*, quæ, ut ait Bernardus, significabat *arcam gratiæ*, id est Mariam, quia sufferebatur aquis diluvii et non sensit naufragium ullius peccati; et aliis multis. (Conf. de Rhodes, quæst. iv, sect. ii, § 2.) Satis patet has figuræ supponere perfectam sanctitatem. — 3º Alii sancti Patres illud supponunt, quia,

expresse tractando de sanctitate gloriosæ Virginis, indefinite et sine exceptione ulla, quamlibet maculae labem removent a B. V. Sola Ambrosii et Augustini testimonia proferemus : S. Ambrosius, loquens de B. Virgine, ait : « *Virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati;* » et S. Augustinus : « Excepta itaque sancta Virgine Maria de qua, propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccato agitur, haberi volo quæstionem; inde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere et parere meruit quem constat nullum habuisse peccatum. » Et demum Gregorius, metropolita Nicomediensis, vocat B. Virginem formosam per naturam, et in quam macula cadere non potest. Ergo doctrina Conceptionis immaculatae perpetua a SS. Patribus supponitur.

4º Fundatur in perpetuo Ecclesiæ sensu. — Quod probari potest tum a priori, tum a posteriori : — *A priori* quidem, ex actuali manifestatione. Universo enim episcopatu invitato a S. Pont. Pio IX ad exprimentum tum fidelium, tum cleri, tum suum proprium sensum circa articulum de Conceptione immaculata B. Virginis : concors fuit omnium episcoporum affirmativa responso. Jam vero fides actualis Ecclesiæ criterium certissimum est ad cognoscendum quænam fuerit fides Ecclesiæ quovis sæculo, quia mutari nequit; quod gratia sermonis, necnon soliditate doctrinæ sic exprimit bulla jam sæpe citata : « Christi enim Ecclesia, sedula depositorum apud se dogmatum custos et vindicta, nihil in his unquam permittat, nihil minuit, nihil addit, sed omni industria vetera fideliter sapienterque tractando, si qua antiquitus

« informata sunt et Patrum fides servit, ita limare,
 « expolire studet, ut prisca illa cœlestis doctrinæ
 « dogmata accipiant evidentiam, lucem, distinctio-
 « nem, sed refineant plenitudinem, integratatem, ac
 « in suo genere crescant, in eodem scilicet dogmate,
 « eodem sensu, eademque sententia. » — *A poste-*
riori, exhibendo positiva documenta ex quibus aperte
 constat haec perpetua Ecclesiæ traditio. Inter illa re-
 censeri possunt antiqua ac plane immemorabilis festi
 institutio ad Conceptionem Virginis celebrandam,
 liturgiæ pariter utriusque orientalis et occidentalis
 Ecclesiæ, in quibus B. Virgo semper sancta et imma-
 culata effertur et prædicatur; sed præsertim perpetua
 agendi ratio quam tenuit Apostolica Sedes, ex quo
 controversia in scholis de Immaculata Virginis Con-
 ceptione coepit. Ecclesia Romana semper promovit
 piam sententiam, etsi non eadem mensura, sed per
 gradus quosdam, negative, deinde positive: — *negative*
 promovit, quia magis ac magis semper coercuit
 contrariae doctrinæ adstipulatores; — *positive* etiam
 promovit, et hoc multiplici modo, namque instituit
 festum et officium in honorem Conceptionis Imma-
 culatæ, largitus est indulgentias, etc. etc. Ergo...

5º *Constat ex ratione theologica.* — Illud privilegium
 B. Mariæ adjudicandum est quod ex una parte non
 repugnat, et ex altera parte variis suadetur rationibus.

Atqui 1º non repugnat. Etenim si repugnaret esset
 vel quia juxta D. Paulum: *Omnis in Adamo mortui
 sunt*; vel quia illud privilegium adimeret Christo ti-
 tulum Redemptoris erga Matrem; vel quia inde san-
 citas Virginis coæquaretur sanctitati Christi; sed
 hæc tria dici nequeunt: non 1º quia supponi potest

pro B. V. privilegium singulare, ut fatetur Conc.
 Trid.; non 2º, quia non fuit præservata nisi ex me-
 ritis Christi; non 3º, quia Christus sanctus est ex
 conditione et ex natura sua, vi unionis hypostaticæ,
 Maria e contra non nisi ex virtute sanguinis Christi.
 Ergo 1º non repugnat.

2º *Variis suadetur congruentiis.* 1º Conveniens erat
 ex parte Christi, tum quia sic postulabat ejus pietas
 filialis, ut pulchre evolvit Bossuetius¹; tum quia,
 sic præservando Matrem, efficacior appareat virtus
 sanguinis Christi, ut idem Bossuetius explicat². —
 2º Conveniens erat ex parte Matris, quia hæc omni-
 moda puritas decebat tantam dignitatem; aliunde ex
 hac dignitate concludunt Patres et theologi B. V.
 nunquam peccatum ne quidem minimum admisisse:

¹ Hinc Bossuetius: « Se pourrait-il bien faire (c'est ainsi qu'il s'exprime) que Dieu eût voulu abandonner au diable, quand ce n'aurait été qu'un moment, ce temple sacré qu'il destinait à son Fils, ce saint tabernacle où il prendra un si long et si admirable repos, ce lit virginal où il célébrera des noces toutes spirituelles avec notre nature? » S'adressant alors à l'Enfant Jésus: « Béni Enfant, s'écrie-t-il, ne souffrez pas que votre Mère soit violée. Ah! que si Satan osait l'aborder pendant que dormant en elle vous y faites un paradis, que de foudres vous feriez tomber sur sa tête! Mais, ô bénî Enfant, par qui les siècles ont été faits, vous êtes devant tous les temps; quand votre Mère fut conçue, vous-même vous formiez ses membres: commencez donc à honorer votre Mère, et qu'il lui profite d'avoir un Fils qui est devant elle et qui est tout puissant. »

² Iterum Bossuetius: « Le démon, partout vaincu, s'est réfugié à la racine même de notre origine qu'il infecte toujours. La vertu du sang de Jésus-Christ ne sera-t-elle pas assez efficace pour le faire sortir de ce dernier poste où il s'est retranché? etc. » His consonant quæ præclare scripsit Franciscus Salesius (*Traité de l'amour de Dieu*, liv. II, chap. vi): « Ainsi il destina, etc. »

ergo a fortiori concludendum est Ipsam non fuisse peccato originali inquinatam; nam peccatum veniale non facit Deo inimicum, dum peccatum originale amicitiae Dei opponitur; insuper, ex principiis supra allatis, nullum est privilegium alicui concessum, quod negari possit gloriosae Virgini: jam vero angeli semper, etiam in primo instanti, fuerunt in gratia constituti; ergo a fortiori Mater Dei. — 3º Christus dispensavit Matrem in omnibus aliis legibus, unde peperit sine dolore, habuit virginitatem cum maternitate conjunctam, corpus ejus non fuit in pulverem reductum; ergo a fortiori in hac lege dispensata est: namque si B. Virgini daretur opio, ait Suarez (*ibidem*), quid potius vellet: carere a principio originali culpa, an corpus suum post mortem illæsum servari? Sine dubio illud primum eligeret. — Multæ sunt aliæ rationes quæ afferi possent; sed eas omittimus et remittimus ad auctores qui illas explanarunt, nempe Suarez (*disput. iii, sect. v*), qui plus quam duodecim numerat; Salazar, plusquam quinquaginta; de Rhodes (*qæst. iv, sect. i, § 4*), Carthag. (lib. I, num. 18.)

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies 1º ex auctoritate. — 1º Contradicunt huic doctrinæ SS. Patres qui docent omnes esse peccato obnoxios, excepto solo Christo; qui, de B. Maria in specie, docent illam fuisse peccato obnoxiam cum ipsam vocant mundatam, liberatam, purificatam; quæ locutiones aperte supponunt culpam. — 2º In specie, doctrinæ conceptionis immaculatae opponuntur S. Bernardus et divus Thomas, qui ipsam expresse

reprobaverunt, opponuntur omnes doctores Ordinis Prædicatorum, imo et plures alii, adeo ut, teste Scoto, sententia huic doctrinæ contraria fuerit communis.

Ad 1º Dico: Nego antec., quia locutiones SS. Patrum ex quibus concluditur nos omnes fuisse in peccato inclusos, excepto solo Christo, intelligi possunt et explicari eodem modo ac verba Scripturæ de quibus supra, nempe in eo sensu quod omnes fuerint mortui per peccatum, nisi adfuerit speciale privilegium; quod si Christum solum ac expresse excipiunt, ita loquuntur quia Christus ex sua conditione non erat peccato obnoxius ut cæteri homines, et non indigebat speciali privilegio ut hanc labem universalem effugeret. — Quoad eos qui dicunt B. Mariam fuisse mundatam, liberatam, peccato obnoxiam, item facile intelliguntur in eo sensu quod ex natura sua fuerit debito peccati obnoxia, et simul a peccato per merita Christi præservata.

Ad 2º Dico: Quoad S. Bernardum et divum Thomam, non omnino apertum est ipsos sententiam contrariam professos fuisse, sed etiam, admisso quod ita docuerint, non inde configitur nostra doctrina: in hac circumstantia enim non locuti sunt tanquam testes divinæ traditionis ac depositores, traditio enim divina supponit ac docet B. Mariam fuisse in conceptione immaculatam, sed tantummodo argumentati sunt ex principiis a ratione petitis, ac proinde eorum auctoritas non aliud habet valorem ac eorum argumentatio. — Item de aliis.

Objicies 2º ex ratione theologica. — Carnalis generatio est radix peccati originalis; jam vero B. Maria,

ut cæteri homines, ex concupiscentia generali est : ergo necessario contraxit peccatum originale.

Resp. Dist. Concupiscentia est radix peccati originalis; id est, concupiscentia est per se et necessario vehiculum propagandæ culpæ, in eo sensu quod supponi nequeat labem peccati non inferri ex generatione per concupiscentiam, *nego*. Concupiscentia est radix, id est, est indicium ac nota deperditæ per progenitores nostros justitiae originalis, in eo sensu quod de facto et ex ordine consueto Providentiae per talem generationem transmittatur peccatum, *concedo*; sed nihil inde sequitur contra nostram doctrinam, ut facile percipitur: namque quod non est de se, ex natura sua, et necessario inquinans animam, sed tantummodo indicium labis propagandæ, potest in casu speciali, ex privilegio singulari, non indicare hanc labem suisse transmissam. Et vero, si Adam non fuisset, dono plane gratuito, a Deo elevatus ad justitiam originalem, neque ei adjecta fuissent dona præternaturalia inter quæ recensetur immunitas a concupiscentia, homo in statu naturæ puræ genuisset liberos, ut nunc sit concupiscentia, quin tamen ullum in filios transmisisset peccatum. Ergo...

Objicies 3º contra definitionem dogmaticam.— Hæc definitio dogmatica repugnat ex multiplice capite.
 1º Supponi nequit sententiam quæ fuit aliquando communis inter theologos, deinde et decursu temporum evadere hæreticam. Atqui sententia negans Conceptionem Immaculatam fuit aliquando communis, nempe tempore Scoti, ut ipse fatetur. Ergo non potest hodie esse hæretica, alias esset scissio in traditione, quod repugnat. — 2º Nova dogmata nec confici nec

introduci in Ecclesiam possunt. Ergo repugnat hæc definitio.

Resp. ad. 1º: Repugnat sententiam quæ fuit aliquando communis, evadere hæreticam; alias esset scissio in traditione. *Dist. maj.* Repugnat sententiam communiter admissam aliqua Ecclesiæ epocha, deinde fieri hæreticam, si illa sententia sit sententia omnium etiam episcoporum et Romanæ Ecclesiæ, et habeatur tanquam traditione fundata et a Patribus transmissa, *conc.* repugnat sententiam communiter admissam a theologis scholasticis, non præcise *quia* traditio hanc doctrinam transmisit, sed tantum propter quædam argumenta scholastica apud eos vulgo recepta, *nego*. Namque theologi, ut fit relative ad Patres, considerari possunt vel tanquam doctores privati, vel tanquam traditionis testes ac depositores: in priori casu non repugnat eos errare etiam *quoad majorem partem*, præsertim si fuerint decepti ex quibusdam subtilitatibus non satis accurate disputatis; in posteriori casu, repugnat sane maximam partem theologorum errare. Itaque, ita distincta majore, facilis est applicatio ad minorem: constat enim theologos tempore Scotti non ita opinatos fuisse ex traditione et ex auctoritate Patrum, cum Patres ex supra dictis plane sententiam contrariam docuerint. Ergo solvitur difficultas; ergo non repugnat hanc sententiam olim communem nunc esse hæreticam. (*Conf. Perrone, ibidem.*)

Ad 2º resp. Dist. Repugnat dogmata nova *quoad se* introduci in Ecclesiam, *conc.*; repugnat dogmata nova non *quoad se*, sed *quoad formalem definitionem* ita introduci, *nego*. Evidem Ecclesia et S. Pontifex nullum dogma novum edere possunt, sed possunt

novam, de veteri veritate nondum aperte declarata, definitionem edere, prout configit in omnibus ac singulis definitionibus quæ huc usque editæ sunt; et ita res se habuit in definitione dogmatis Conceptionis Immaculatæ. Ergo...

Circa debitum peccati originalis.

Dico I^o *Tanquam certum statuendum est B. Virginem fuisse a Christo redemptam, ac proinde aliquod debitum saltem remotum peccati originalis contraxisse. Contra quosdam*¹.

Prob. I^o Christus fuit universalis Redemptor totius generis humani, et pro omnibus hominibus mortuus est; Scriptura docet totam naturam humanam fuisse per Christum instauratam: inde simpliciter mediator Dei et hominum appellatur. Porro ab hac generali Scripturæ regula aliquem excipere videtur esse plane contra sensum communem Ecclesiæ, imo illud contra fidem esse censem S. Augustinus (lib. I, *de Peccato*) et aliquo modo dignitati Christi derogare. Ergo I^o...

Prob. 2^o Concluditur ex verbis bullæ *Ineffabilis*,

¹ Fuerunt quidam boni nominis theologi qui Virginem decreto gratuito et absoluto, sine respectu ad merita Christi tanquam Salvatoris, ad summam puritatem prædestinatam et a labe originali immunem fuisse continebant. Existimabant hi auctores Conceptionem Immaculatam B. V. fuisse decretam tum ante prævisionem peccati originalis, tum etiam ante prævisionem mysterii Incarnationis, et ad hanc sententiam propugnandam nitebantur his verbis Sapientiæ quæ ad sensum falsum detorquebant. « *In initio viarum suarum creavit me.* » Hanc vero opinionem quam falsam demonstravimus, hodie non ultra defendendam, imo positive proscriptam fuisse, R. J. B. Malou episcopus Brucensis testatur in libro cui titulus: *Immaculée Conception de la B. V. Marie considérée comme dogme de foi*, tom. I, chap. II; Bruxelles, 1856.

ubi definitur Mariam fuisse præservatam intuitu meritorum Christi: nam eo ipso, ait P. Perrone (*de Conceptione Immaculata*), quod intuitu meritorum Christi affirmetur ejusmodi gratia de privilegio aucta B. Mariæ anima, palet non excludi B. Virginem a communi redēptione, sed eam prorsus fuisse sanguine Christi redemptam, scilicet singulari illa redēptionis specie, quæ præservationis fuerit, ita ut Christus illi meruerit præservationem ab originalis labis incursu. Ergo...

Prob. 3^o Ita sentiunt communiter auctores, ut testatur Suarez his verbis: « *Certum puto convenire in eo omnes Virginem, scilicet immaculatam, fuisse proprie ac vere redemptam per Christum...* Nec video aut audio qui illud neget. » (*De Peccato originali*, disput. IX, sect. IV, dissert. special.)

Hoc posito, difficultas est an B. M. indiquerit hac redēptione quia peccavit in Adamo et de se fuit obnoxia originali culpæ, an vero stare possit vera redēptionis sin ejusmodi debito. Hinc.

Dico II^o *Controvertitur utrum contraxerit debitum proximum, vel tantum remotum.*

Prima sententia tenet B. M. debitum peccati proximum contraxisse. (Ita Suarez ibidem late probat.)

Prob. 1^o *hac ratione*: Certum est, ex dictis, B. Mariam fuisse a Christo redemptam. Atqui, admissum quod non contraxerit debitum proximum peccati, jam illa redēptionis salvari nequit. Ergo... *Minor facile constat*: nam vera redēptionis non supponit tantum aliquem præservari a peccato, sed aliquo modo includit remissionem culpæ, quod in sententia opposita non existit: ut si v. g. Adamus et angeli fuissent a

peccato præservati intuitu meritorum Christi, dici non posset illos fuisse redemptos. Ergo 1º *Confirmatur* ex eo quod B. Maria contraxerit mortem aliasque corporis pœnaltates. Porro illud supponit ipsam revera in Adamo mortuam fuisse, cum Paulus testatur *mortem in omnes homines per peccatum introisse*; sed nullo modo in adversa sententia dici potest B. V. in Adamo mortuam fuisse. Ergo... — His adde hæc verba S. Augustini : *Patī, inquit, mortem sine meritis mortis de uno solo mediatore catholica fides novit.* Ergo B. V. meruit mortem, ergo aliquo modo peccavit¹.

Secunda sententia tenet B. Mariam nonnisi remote debitum contraxisse.

Prob. Hæc sententia admittenda est quæ non repugnat, et aliunde et Christum et Mariam exaltat. Jam vero 1º non repugnat. Etenim si repugnaret, præsertim quia in hac hypothesi Christus dici non posset Matri Redemptor; sed ad hunc titulum salvandum sufficit quod de se et ex vi modi quo concepta est Maria fuerit aliquo modo obnoxia peccato, et intuitu meritorum Christi fuerit præservata, quod certe in hac sententia admittitur, quia quatenus filia Adami debebat in decreto includi. Ergo... 2º Et Christum et Mariam exaltat: exaltat Christum, quia merita ejus

¹ Hic quærerit Suarez quandonam, admissa hac sententia, B. Maria exempta fuerit ab obligatione contrahendi maculam quam contrahere debebat vi conceptionis, utrum scilicet ante animationem vel tantum in primo instanti animationis. Hanc posteriorem opinionem Suarez (*ibid.*, disput. iii, sect. iv) amplectitur; sed has subtilitates relinquimus. (*Conf.*, si luet, loco citato.)

efficaciora ostenduntur, gloriösus est enim præservare a lapsu quam tantummodo lapsum reparare: exaltat Maria, quia debitum proximum peccati est quasi quædam cicatrix et quædam servitus quæ B. Mariæ nitorem obnubilant. Ergo... Quoad textus et cætera argumenta supra facta, facile enervantur in hac secunda opinione. (Ita Catharinus, de Rhodes, Salazar, Granado, de Lugo, *de Incarnat.*, disput. vii, sect. iii; S. Ligorius¹, Galatin. et Cusan. cardinales ambo, Navarrus, Viva, etc.)

SOLVUNTUR OBJECTIONES

Objicies. Admissa sententia quod Christus incarnatus fuisse etiam Adamo non peccante, facile posterior opinio admitti potest; sed, rejecto decreto absoluto *Incarnationis*, jam opinio Catharini stare nequit. Ergo non videtur admittenda. — *Prob. antec.* In illa hypothesi *Incarnatio* non fuit decreta nisi post prævisum peccatum originale; sed peccatum originale prævideri non potuit quin prius B. Maria in decreto fuerit inclusa ac in Adamo peccaverit. Ergo...

¹ Ligorius ita loquitur (*Œuvres complètes*, tom. VII, *Sermon sur l'Immaculée Conception*): « Or, cette opinion est très probable; car s'il est vrai que la volonté de tous les hommes fut renfermée dans la volonté d'Adam comme étant le père de tous, ainsi que l'enseignent avec probabilité Gonnet et plusieurs autres, se fondant sur le texte de saint Paul : *Omnis in Adam peccaverunt*; si donc ce sentiment est probable, il est bien probable aussi que Marie n'a point contracté la dette du péché; car Dieu l'ayant distinguée, dans l'ordre de la grâce, du commun des hommes, il faut croire pieusement aussi qu'il n'avait point renfermé la volonté de Marie dans celle d'Adam. Cette opinion n'est que probable, et j'y adhère parce qu'elle est plus glorieuse à ma Souveraine. »

Respond. 1º Ad summum inde sequeretur confirmari opinionem quæ tenet decretum Incarnationis fuisse absolutum; sed huic conclusioni non repugnamus.

Resp. 2º Non demonstratur posteriorem sententiam defendi non posse etiam admisso decreto conditionali Incarnationis. Ad hanc difficultatem solvendam varii auctores varias excogitaverunt hypotheses. (Conf. de Rhodes, quæst. iv., sect. 1, § 6.) In his evolvendis non immorarum. De Lugo (*de Incarnat.* disput. vii, sect. iii et iv) hanc solutionem affert: supponit Deum in primo instanti rationis constituisse hominem caput morale cæterorum, ea tamen excepta quam sibi in matrem eligeret si aliquam eligeret non determinando pro eo signo quam eligeret, vel etiam utrum aliquando eligeret; deinde, Incarnatione absolute decreta, elitit in matrem B. Mariam ex meritis Christi et ita B. Maria præservatur ex Christi meritis. Rem illustrat exemplo. (Vid. *ibidem*.)

In hanc sententiam posteriorem propenderemus, tanquam B. Virgini gloriorem.

QUÆSTIO SECUNDA. — Quanta fuerit perfectio primariæ B. Mariæ sanctificationis?

Ad hanc quæstionem principalem enucleandam plura occurrunt investiganda ac resolvenda: scilicet 1º In quonam gradu acceperit gratiam in primo instanti Conceptionis? 2º Utrum ex illa prima sanctificatione obtinuerit a Deo, donum perseverantiae et in gratia fuerit confirmata? 3º Utrum inde fomes peccati fuerit in ipsa extinctus? 4º Utrum sanctificata fuerit per propriam dispositionem?

QUÆRITUR 1º In quonam gradu acceperit gratiam in primo instanti conceptionis?

Dico: In prima sanctificatione data fuit B. Virgini gratia major quam ulli hominum vel angelorum in sua prima sanctificatione, imo intensior quam suprema gratia in qua consummantur angeli et homines, seu qua in patria fruuntur. (Suarez, disput. iv, sect. 1.)

Prima pars propositionis per se patet, quia Deus semper accommodat gratiæ dignitati, et nulla dignitas divinæ maternitati comparari potest.

Secunda pars probat. 1º ex auctoritate S. Gregorii, lib. I. Reg. cap. 1. Sic explicat illud § 11: « *Et erit præparatus mons Domini in vertice montium.* » Potest, inquit, hujus montis nomine B. Virgo designari, in vertice autem montium intelligi potest, quia gratia quæ in aliis fuit finis et terminus, illi initium ac fundamentum videtur, — Præterea solent auctores ad hanc veritatem accommodare illud Ps. 86. « *Fundamenta ejus in montibus sanctis,* » quia fundamenta sanctitatis Virginis posita fuerunt ubi alii sancti consummantur. — Et hæc alia verba: « *Quia diligit Dominus Sion super omnia tabernacula Jacob,* neque mirum, *quia Altissimus qui illam fundavit, in ea factus est homo.* »

Prob. 2º ex ratione, B. Virgo in instanti Conceptionis suæ plus amabatur a Verbo quam ullus angelus vel homo, quia ex illo instanti Verbum amabat illam ut futuram sui matrem. Atqui gratia respondet amori et est quasi ejus objectum. Ergo major gratia illi data fuit quam ulli angelorum in gloria consummato. Ergo.

Nec dicas gratiam viatoris nunquam posse in intentione æquari gratiæ comprehensoris : illud plane falsum est, alias dicendum foret B. V., etiam in fine vitæ suæ non habuisse intensiorem gratiam quam infans haberet in cœlo, quod plane repugnat.

Quinimo non pauci nec ignobiles theologi docent B. M., etiam in primo instanti conceptionis, plus accepisse gratiæ quam concessum fuerit omnibus hominibus et omnibus angelis collective sumptis.

Ita expresse P. de Rhodes (quæst. iv, sect. iii) ; — Vega, S. Ligoriū¹. Imo juxta P. de Rhodes, hæc

¹ S. Ligouri (*Oeuvres complètes*, I, vii, page 83, *Sermon sur la naissance de la sainte Vierge*), après avoir dit que la sainte Vierge, à la fin de sa vie, a eu plus de grâces que tous les anges et tous les saints réunis ensemble, comme nous l'établirons plus tard, continue ainsi : « Or, si cette opinion est commune et certaine, il faut regarder comme bien probable encore l'autre opinion selon laquelle, dès le premier moment de sa conception, Marie reçut une grâce supérieure à celle de tous les saints et de tous les anges réunis ensemble. Outre les autorités des théologiens, il y a deux raisons fortes et convaincantes qui établissent suffisamment l'opinion dont je parle. » Puis il expose ces deux raisons, à savoir : 1^e que Marie avait été choisie pour être mère de Dieu, et que dès lors il devait l'aimer comme sa mère; 2^e que Marie, dès le commencement et dès le premier moment de sa conception, a été établie médiatrice; et, pour remplir convenablement ce rôle, il lui fallait cette plénitude de grâces. — Plus tard nous développerons la force de ces raisons, pour démontrer que la sainte Vierge a eu cette plénitude de grâce au moins au moment de la mort.

P. Combalot hanc opinionem docet in sermonibus de B. Virg. (3^e conf.) ; « Pour nous former, dit-il, quelque idée de la grandeur du don que reçoit la race humaine par la naissance de la très sainte Vierge, souvenons-nous qu'au premier jour de sa vie, Marie surpassé en perfections surnaturelles, en mérites, en vertus, tous les anges du ciel. Cette proposition vous étonne, vous la regardez peut-être comme une de ces exagérations

sententia deducenda videtur ex doctrina Suarez supra exposita. Ita Contenson (*Marialogia*, speculat. II, 1^o); Billuart, etc. etc.

QUÆRITUR 1^o Utrum ex illa prima sanctificatione B. Maria acceperit donum perseverantiae, ita ut 1^o nunquam peccaverit nequidem venialiter; 2^o ut ne potuerit quidem peccare mortaliter aut venialiter?

Dico 1^o : Beatissima Virgo immunis fuit ab omni prorsus peccato actuali, sive mortali, sive veniali. Propositio est de fide catholica, contra Lutheranos et Calvinistas.

Prob. 1^o ex conc. Trid. sess. 6., can. 23, definiente : « Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur et peccat nunquam vere justificatum fuisse, aut contra posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

Prob. 2^o ex SS. PP. — D. August. (lib. de Natura et Gratia, cap. 36) ait : « Excepta S. Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo questionem ; unde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum

« que l'enthousiasme permet à la piété filiale, etc. etc. » (Conf. 9, page 430.)

Billuart (*Panégyrique sur la sainte Vierge*, 1^{er} point) huic opinioni patrocinatur. — Exposita opinione ex qua per quenlibet actum gratia apud B. V. duplicaretur, sic pergit : « Et si, au lieu d'un degré, elle a d'abord travaillé sur un fonds plus grand que celui de tous les saints ensemble et l'a doublé à chaque moment de sa vie, encore un coup, mes Frères, qu'en pensez-vous? »

« fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruerit eum quem constat nullum habuisse peccatum. » Et D. Bernard. (Ep. 147), de B. Virgine loquens, dicit : « Copiosiorem sanctificationis benedictionem in eam descendisse, quæ et ipsius non solum sanctificaret ortum, sed et vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunitam, quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. »

Prob. ex rationibus D. Thomæ (opusc. 60, art. 30). Christus non potuit sibi seligere matrem nisi perfectissimam. Atqui si gloria virgo aliquando peccasset etiam venialiter, non fuisse idonea mater Christi. Ergo... *Prob. min. ex triplici ratione.* Primo quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud Prov. xviii : *Gloria filiorum parentes eorum :* unde per oppositum ignominia matris in Filium redundasset; Secundo quia singularem affinitatem habuit ad Christum qui ab ea carnem accepit; dicitur autem I. Corinth. v : *Quæ conventio Christi ad Belial?* Tertio demum quia Christus, qui est Sapientia Patris, singulari modo habitavit, non solum in ejus anima, sed etiam in ejus utero; dicitur autem Sap. i : *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis.*

Objicit Lutherus : Maria angelo incarnationem annuntiante dicit : *Quomodo fiet istud?* ergo peccatum actuale infidelitatis commisit.

Resp. Nego conseq. Nam, ut ait D. Bernard. (Super Missus est, Hom. 4) : « Non dubitat de facto, sed modum requirit et ordinem; neque enim querit an fiet istud, sed quomodo? »

Inst. 1º Maria peccavit peccato impatientiæ, cum Filium objurgavit his verbis : *Fili, quid fecisti nobis sic?* Ergo...

Resp. Nego ant. — Praefata enim B. Mariæ verba non sunt impatientiæ et reprehensionis indicia, sed doloris de absentia amantissimi Filii sui.

Inst. 2º Maria videtur peccasse peccato ambitionis, dum in nuptiis a Filio requisivit miraculum dicendo : *Vinum non habent.* Unde ejus petitio a Christo fuit improbata, ut nimis importuna, his verbis : *Quid mihi et tibi, mulier?* Ergo...

Resp. Neg. ant. Et dico cum D. Aug. (Tr. 8, in Joan.) illa verba non fuisse indicium ambitionis et inanis gloriæ, sed eximiae fidei B. Virginis circa omnipotentiam Filii sui, necnon et signum ardentissimæ caritatis erga pauperes, quos nolebat pudore affici propter defectum vini; nec Christus petitionem Matris, ut nimis importunam, reprobavit, sed sapientiæ et potestatis plenitudinem pro libitu sese communicantem ostendit, juxta illud D. August. (lib. 4, de Consensu Evangelistarum, c. 10) : Non repellens de qua suscepit carnem, sed suam tunc maxime insinuans divinitatem : quæ divinitas illam etiam feminam facerat, non in illa facta erat. »

Quod si quidam Patres et præsertim S. Chrysostomus ipsam his verbis fuisse a Christo increpatam docuerunt, dicendum est cum divo Thoma ipsos excessisse; vel cum Suarez alio sensu interpretandi sunt videlicet : non adfuit equidem in Virgine aliquis ambitionis aut vanæ gloriæ motus, sed ipsa, ita ab iis qui præsentes aderant judicari potuit, et ideo Christus Dominus eo modo respondit.

Inst. 3º Alia vice B. Maria, ex aliqua ambitione humana, Christum publice prædicantem interpelavit, et Christus ipsam objurgavit: *Quæ est mater mea?*

Resp. Neg. ant. B. Maria potuit ita agere non ex aliqua humana ambitione, sed propter honestum finem; casu autem accidere potuit quod adstantes importune alloquerentur Christum, et verba Christi interpretari possumus non de aliqua reprehensione, sed de aliqua instructione, quia indicare voluit propter carnaliter conjunctos opus Dei non intermittendum.

Inst. 4º Scriptura docet neminem esse qui non peccet: ita et Concilia; præterea certe orationem Dominicam recitabat B. V. et illa verba non omittebat: *Dimitte nobis debita nostra.* Ergo...

Resp. Scriptura et Concilia non excludunt privilegium singulare, ut dictum est pro peccato originali; ideo B. V. potuit sic orare non in sua, sed in aliorum persona. Ergo...

Dico IIº: *Non fuit impeccabilis physice, sed tantum moraliter, id est, non fuit impeccabilis ab intrinseco, sed tantum ab extrinseco.* (*Conf. de Pœnit.* Curs. complet., pag. 33; Suarez, disput. iv, sect. iv; de Rhodes, quæst. IV, sect. vii, § 2.)

Prob. prima pars. Non fuit impeccabilis physice, id est voluntas ejus non fuit ex natura sua et essentialiter incompossibilis cum peccato.

Constat assertio, tum quia ita sentiunt communiter theologi; tum quia hæc impossibilitas physica peccandi nullo nititur fundamento, et nullo modo explicari potest. Undenam enim B. V. illud habuissest privilegium? Ex visione intuitiva? sed illa visione non

gaudebat saltem modo permanenti; ex maternitate divina? sed hæc dignitas non est physice incompossibilis cum peccato, ut probat de Rhodes, contra Ripalda et Vega (quæst. iv, sect. 1). Ergo nullo modo explicari potest¹.

Prob. secunda pars. In eo consistit impeccabilitas moralis quod propter specialem Dei assistentiam et protectionem, specialia auxilia ita libero arbitrio contemperentur, ut infallibiliter omnem peccaminosum actum removeant. Atqui talis fuit B. Virginis impeccabilitas. Namque propter extrinsecam Dei invigilantis peccandique occasiones avertentis providentiam, et continuam gratiarum efficacium seriem, Deipara nihil omnino habuit cum terrenis affectibus commune, nec eam unquam vel tenuissimus concupiscentiæ fumus attigit, nec vermis voluptatis læsit, nec ullus motus indeliberatus stimulavit. Ergo...

Dices: Ex dictis B. V. non fuit libera; ergo non meruit. Falsum consequens, ergo et antecedens.

Resp. 1º Ad merendum non requiritur libertas male agendi; sufficit libertas contradictionis, ut fuse pro-

¹ Si quis velit curiosius investigare hanc quæstionem, aeat auctores (loco citato) et Vasquem (3^a part., disp. cxix, cap. I et 2). Quidam auctores tribuunt illam peccandi impossibilitatem alicui qualitatib[us] physicæ: sed nulla talis qualitas fingi potest, ut probat Suarez (*ibid.*); alii defectu concursus ex parte Dei: sed nec ille defectus concursus sufficit ad illud privilegium explicandum, ut probat Vasquez (*ibid.*). Ideo juxta Thomam ex Charmes hæc physica impeccabilitas non potest oriiri nisi ex sola Dei visione intuitiva (*de Incarn.*, cap. vii, art. 2). Huic assentire videtur Suarez, nam contendit unionem hypostaticam nec esse intrinseco cum peccato incompossibilem (Suarez, vol. I, *de Incarnat.*, disp. xxxvii, sect. iii; contra Billuart, *de Incarnat.*, dissert. xv, art. 11).

bant theologi ubi de Christi libertate. 2º Ut actio sit meritoria, sufficit ut sit physice libera, ut pro B. V. supponimus. Ergo...

QUÆRITUR 3º *Utrum et quonam sensu caruerit somite?*

Ad resonsum notandum est fomitem peccati nihil aliud esse quam appetitum ipsum sensitivum quatenus in ordinate sensibilia interdum appetit; ipse habitus quo ita inclinantur ad appetitus inordinatos dicitur habitus fomitis, seu fomes in actu primo, actus autem hujus habitus dicuntur actus fomitis, seu fomes in actu secundo.

Dico Iº : *Certum est B. Mariam nunquam habuisse actum fomitis seu fomitem in actu secundo.*

Prob. 1º ex auctoritate. S. Bernardus in illa verba : *Signum magnum : Nihil, inquit, in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem vel minus lucidum, sed nec tepidum quidem aliquid aut non ferventissimum liceat suspicari.* Et Richard. a S. Victore Virginis accommodat illud Psal. 45 : *Auferens bella usque ad fines terræ, quia in Virgine nullum internum bellum, sed summa pax fuit.* Unde concludit illam solam inter puros homines implevisse illad præceptum : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, mente et anima,* quia non tantum rem præceptam, sed quodammodo etiam finem et modum præcepti assecuta est; et alibi : *In cæteris sanctis magnificum fuisse, inquit, quod a vitiis non sunt expugnati, in Virgine autem quod nec impugnanda fuit.* Et hoc sensu Damasc. Virginem vocat : *Immaculatam quæ cum terrenis affectionibus nihil habuit commune.* Denique S. Ambrosius dixit Virginis datum esse *ut præsentia sua integritalis in-*

signe aliis conferret, quid mirum quod in se nunquam motum inordinatum senserit ?

Prob. ex ratione. Decuit Virginem ea puritate nitere qua major sub Deo nequeat intelligi. Atqui illi motus concupiscentiae sunt effectus peccati originalis, magnam habent indecentiam, et cum culpa magnam affinitatem. Ergo B. Virgo his actibus fomitis omnino carere debuit.

Dico IIº : *Habitus fomitis seu fomes in actu primo non tantum in B. V. fuit ligatus, sed etiam extinctus ex prima sanctificatione.* (Ita probabilius Suarez contra S. Thomam, quæst. xxvii, art. 3; Billuart, *de mysteriis Christi*, dissert. 1, et plures alios qui volunt fomitem non ita fuisse extinctum nisi post Conceptionem Christi.)

Prob. Fomes peccati dicitur *ligatus*, quando per extrinsecam Dei providentiam removetur ab occasiōibus quibus excitari posset ad motus inordinatos : dicitur *e* contra *extinctus*, quando impeditur quin exeat in actus rationi oppositos non tantum per extēnam protectionem, sed per aliquod principium intrinsecum, nempe tum per habitus et virtutes perfectas, tum per auxilia gratiæ prævenientia, excitantia et adjuvantia, ita ut appetitus intrinsece perficiatur et subordinetur superiori. Jam vero quod fomes peccati ita fuerit a principio non tantum ligatus, ut volunt alii, sed etiam extinctus, constat : 1º ex eo quod supponendum est B. V. accepisse etiam in prima sanctificatione gratiam copiosiorem et perfectiorem quam fuit collata Adamo et Evæ : porro in ipsis extinctus fuit fomes peccati, ergo a fortiori in gloriosa Virgine; 2º ex eo quod ille modus sanctificationis magis con-

sentaneus videtur suavi Providentiae Dei, qui decreverat B. Virginem nullum de facto, toto vitæ tempore, sensuram esse motum in ordinatum. Atqui, admissa extinctione somnis in B. V. etiam in prima sanctificatione, media habent cum fine proportionem intrinsecam, ac proinde melius appetit divina sapientia.

Dices contra 1^{am} conclusionem. Motus concupiscentiae, quando sunt tantum primo primi, non minuunt sanctitatem; imo ad ejus augmentum conferre possunt, ut contigit in B. Paulo. Ergo negandum non est ipsos apud B. V. fuisse permisso.

Resp. Non minuunt sanctitatem in eo sensu quod non sint ad culpam imputabiles, *conc.*; non minuunt sanctitatem omni ex parte perfectam, quia non habent aliquid minus decens sibi adnexum, *nego*. Ideo apud Christum ipsos exstitisse universi negant theologi.

Dices contra 2^{am} conclusionem 1^o SS. Patres, S. Leo, S. Joannes Damascenus, S. Bernardus dicunt Virginem ex Conceptione Christi fuisse purgatam; remanebat ergo tunc in ea aliquid purgandum, non peccatum; ergo infectio somnis. 2^o Non decuit aliquam carnem a lege somnis et peccati liberari donec Filius Dei assumeret carnem sanctam, sicut non decuit aliquod corpus humanum ante Christi corpus gloria et immortalitate donari.

Respondeo ad 1^{am} SS. Patres in eo sensu intelligendi sunt quod B. V. in conceptione Filii ab omni immunditia præservata fuit. Ad 2^{am} Non derogat dignitati Christi quod hanc perfectionem matri communicaverit inferiorem; nec adest paritas cum immor-

talitate carnis, quia prima prærogativa pertinet ad statum viæ, dum secunda pertinet ad terminum.

Corollarium. Exinde concludes B. M. habuisse donum originalis justitiae quoad præcipuos et quasi formales ejus effectus, non tamen quoad omnes qui ad innocentiae seu justitiae originalis statum pertinebant; habuit enim superiorem rationem Deo perfectissime obsequentem, et appetitum rationi superiori absque ulla discordia subjectam. Non habuit tamen corpus immortale, nulli defatigationi aut dolori obnoxium uti Adam; fuitque capax tristitiae, timoris et ejusmodi affectionum quæ in statu justitiae originalis non erant.

Inde sequitur B. M. nullam mentis distractionem habuisse, vel variarum cogitationum intellectus et phantasiæ involuntarias immutationes passam fuisse. (Conf. Suarez, disp. iv, sect. iv; de Rhodes, quæst. iv, sect. iv, § 2^o.)

¹ Franciscus Salesius sic exprimit hæc præclara Virginis privilegia (*Traité de l'amour de Dieu*, liv. II, chap. vi): « De cette manière donc, Dieu détourna... de sa glorieuse Mère toute captivité, lui donnant le bonheur des deux états de la nature humaine: puisqu'elle eut l'innocence, que le premier Adam avait perdue, et jouit excellamment de la rédemption que le second lui acquit; en suite de quoi, comme un jardin d'élite qui devait porter le fruit de vie, elle fut rendue florissante en toutes sortes de perfections, ce Fils de l'amour éternel ayant ainsi paré sa Mère de robe d'or recamée en belle variété, afin qu'elle fût la reine de sa dextre, c'est-à-dire la première de tous les élus qui jouiraient des délices de la dextre divine. Si que cette Mère sacrée, comme toute réservée à son Fils, fut par lui rachetée non seulement de la damnation, mais aussi de tout péril de damnation, lui assurant la grâce et la perfection de la grâce, en sorte qu'elle marchât comme une belle aube qui, commençant à poindre, va continuellement croissant en

QUERITUR 4º *Utrum B. M. fuerit sanctificata per propriam dispositionem?* (Suarez, disput. iv, sect. vii et viii.)

RESP. AFFIRM. Ad illud probandum duo requiruntur et sufficiunt, scilicet : 1º quod habuerit usum rationis in primo instanti conceptionis; 2º quod ille modus sanctificationis fuerit in se possibilis et B. M. gloriosior : ipsi enim semper concedendum est quidquid gloriosius est, ut jam vidimus. Porro utrumque constat. Ergo...

Prob. min. 1º Habuit usum rationis in primo instanti conceptionis. Ille usus rationis concessus fuit Joanni Baptista in sua sanctificatione, ut patet ex Luc. i. 44 : *Exultavit in gaudio infans in utero meo,* et ex tota traditione quæ hoc sensu verba Scripturæ interpretata est; unde S. Ambrosius (lib. in Luc.): *Habebat intelligendi sensum qui exultandi habebat affectum;* et ita de ceteris Patribus, Augustino, Petro Chrysologo, Origene, Leone papa, Hieronymo. (Conf. Suarez *ibidem.*) Ergo a fortiori hunc usum rationis habuit gloria Virgo; namque omne privilegium aliis concessum ipsi non fuit denegatum. Ergo...

2º Ille modus sanctificationis est in se possibilis, cum ita fuerint sanctificati angeli, Adamus et Eva,

« clarté jusques en plein jour. Rédemption admirable, chef-d'œuvre du Rédempteur et la première de toutes les rédémptions, par laquelle le Fils, d'un cœur vraiment filial, prévenant sa Mère en bénédictions de douceur, il la préserve non seulement du péché, comme les anges, mais aussi de tout péril de péché et de tous les divertissements et retardements du divin amour; aussi proteste-t-il qu'entre toutes les créatures raisonnables qu'il a choisies, sa Mère est son unique colombe, sa toute chère bien-aimée. »

ut admittunt theologi, et ut docet S. Thomas (I. part. quæst. XLIII, art. 2). Aliunde sanctificari per proprium actum est perfectior modus sanctificationis. Ergo concedendus est B. Mariæ. (Ita Suarez, *ibidem*¹; de Rhodes, et communiter theologi; et præsertim expresse S. Ligori in sermone *de Præsentatione Virginis*².)

II. DE SECUNDARIA DEI GENITRICIS SANCTIFICATIONE

Circa hanc secundariam sanctificationem tria præcipue quærenda sunt, nempe : 1º Utrum B. Maria creverit in gratia tota vitæ decursu? 2º Quibusnam modis præsertim in gratia creverit? 3º Qualem gratiæ perfectionem in fine suæ vitæ obtinuerit?

QUESTIO PRIMA. — *Utrum B. Maria creverit in gratia tota vitæ decursu?*

Resp. Iº : *Certum est et ab omnibus admissum B.*

¹ Explicat Suarez quomodo hoc fieri possit. (*Ibid.*, disput. iv, sect. viii.)

² En verba Ligorii : « Et si ce privilège fut accordé aux anges et à Adam, comme le dit le Docteur angélique, à plus forte raison devons-nous croire qu'il fut accordé à la Mère divine à laquelle on doit certainement supposer que Dieu a conféré des dons supérieurs à ceux de toutes les autres créatures. »

NOTA. Ex eo quod B. M. habuerit usum rationis in primo instanti conceptionis et per propriam dispositionem sanctificata fuerit, inde concludimus ipsam toto tempore infantiae hoc privilegio donatam fuisse, quia SS. Patres idem privilegium B. Joanni adscribunt, et divina privilegia, præsertim quando in utilitatem et sanctificationem suscipientium conferuntur, sunt sine penitentia : *sine penitentia sunt dona Dei*, nec præsertim auferuntur quin supponatur ex parte hominis aliqua culpa; sed gloria Virgo nullum commisit peccatum. Ergo... Contradicet tamen huic conclusioni D. Thomas, quæst. xxvii, art. 3, ut docet Contenson (*Martalogia*, speculatio ii, Octavo).

Mariam augmentum gratiæ consecutam fuisse a prima sanctificatione usque ad conceptionem Fili.

Resp. II^o : Juxta sententiam communem, etiam post conceptionem Fili usque ad finem vitæ, gloriosa Virgo gratiæ suscepit incrementum. (Ita Durandus, S. Bonaventura, Scotus, Vega, Vasquez et præsertim Suarez, qui docet sententiam contrariam non esse probabilem et fere ab omnibus improbatam. (Disp. xviii, sect. i.)

Probatur 1^o ex eo quod nulla defuerit conditio ex parte Virginis ad meritum consequendum, sive illæ conditiones spectentur ex parte operis, sive ex parte operantis, sive ex parte Dei. Ergo non est ratio in B. V. denegandi meritum.

2^o Videtur essentialiter requiri ad statum viatoris, ut homo possit magis ac magis ad terminum tendere; si autem tendere ultra non valet, jam desinit esse viator et fit comprehensor : sed totæ vitæ decursu B. Maria fuit in via. Ergo...

*3^o Incredibile est tot et tantos labores ex perfectissimo Christi amore susceptos nullius fuisse meriti apud Deum, et personam Virginis inde non fuisse ipsi gratiorem; nec illud argumentum everteret, qui fingeret gratiam fuisse B. V. collatam per anticipationem et ex prævisione meritorum futurorum, quia ille dicendi modus nullo nititur fundamento, et omnes meriti leges intervertit, ut fuse probat Suarez (*ibidem*).*

*4^o Suscepit Virgo plura sacramenta, et præsertim sacramentum Eucharistiae. Quis dicat illos gratiæ fontes ipsi fuisse occlusos, et nullum inde fructum percipere potuisse? Ergo... (de Rhodes, quæst iv, sect. iv, § 1; de *Litaniis Lauretanis*, discurs. cxxx.)*

Non desunt tamen qui huic sententiæ contradicunt, et his nituntur rationibus :

1^o Reperiuntur quedam graves auctoritates quæ supponere videntur gratiam B. V. fuisse in conceptione Filii consummatam, ita ut deinde nova non acceperit incrementa. Ita S. Thomas docet gratiam Virginis fuisse consummatam in conceptione Filii. S. Bernardinus dicit B. V. in conceptione Filii tantam accepisse gratiam quantam accipere potest viatrix creatura. S. Joannes Damascenus : « Omnia etenim honorum initium, medium et finis, securitas et vera confirmatio hac Filii conceptione posita fuit. » Ita præterea opinari videntur Scotus, Alensis et Richardus, qui aiunt tam perfectam fuisse gratiam Virginis in eo instanti, ut amplius crescere non potuerit. (Suarez, disput. xviii, sect. iii.)

2^o Sic argumentantur : Christus a principio suæ existentiæ totam accepit gratiæ plenitudinem quam ipsi conferri decebat ratione unionis hypostaticæ, et deinde per suos immensos labores non sibi metipsi, sed pro nobis tantum gratiam promeruit; atqui supponi potest ita gloriosam Virginem, statim ac dignitatem Matris Dei assecuta est, totam accepisse gratiam quæ huic dignitati congruebat; et sic admittitur inter Matrem et Filium perfecta similitudo, et utriusque labores et merita in unum eundemque finem conspiraverunt.

Quoad argumenta supra facta, forsitan enervari possunt fingerendo hanc similitudinem inter Christum et Mariam : nam Christus fuit in via, et tamen nihil sibi metipsi meruit. Quod si gloriosa Virgo suscepit sacramenta et præsertim Eucharistiam,

illa potuit suscipere ad alios fines ac incrementum gratiae.

QUESTIO SECUNDA. — *Quibusnam modis in gratia creverit gloria Virgo?*

Præsertim dupli modo ut cæteri omnes, nempe: vel ex opere operato, vel ex opere operantis. Itaque breviter evolvemus utrumque modum gratiae incrementi.

Circa argumentum gratiae ex opere operato,

Dico: *B. M. consecuta est gratiam ex opere operato præsertim triplici modo, scilicet: 1º ex remedio contra peccatum originale olim adhibito; 2º ex pluribus sacramentis novæ legis; 3º ex singulari Dei privilegio in quibusdam circumstantiis: quod probatur per partes¹.*

I. *Suscepit augmentum gratiae ex remedio contra peccatum originale olim adhibito.*

Prob. Etenim, quamvis in primo conceptionis momento fuerit sanctificata, attamen hæc ejus sanctificatio omnino extraordinaria ab hominibus ignorabatur, et inde nihil obstabat quin illud remedium ipsi Virginis applicaretur. Aliunde illud veteris legis sacramentum producebat gratiam quasi ex opere operato. Ergo...

II. *Suscepit gratiam ex pluribus sacramentis novæ legis.*

Et 1º Suscepit certo Sacramentum Baptismi.

Prob. primo. — Praeceptum baptismi omnibus ge-

¹ Supponimus enim juxta sententiam communem mox expositam B. V. ex susceptis sacramentis augmentum gratiae suscepisse.

neratim propositum est, et illud verbum, *nisi quis renatus neminem excipit; et aliunde susceptio hujus sacramenti nullo modo gloriam Virginis minuit. Ergo.*

— Secundo. Per baptismum constituantur ac signantur membra Ecclesiæ prout a Christo institutæ; ergo debuit ita signari perfectissimum membrum totius Ecclesiæ, præsertim ad exemplum fidelium. — Tertio. Per baptismum datur potestas utendi sacramentis novæ legis; atqui Sacratissima Virgo uti debuit præsertim Eucharistia. — Quarto. Ita docent theologi; et Euthym. (Joan iii): *Scribunt, inquit, quidam Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum et Virginem matrem baptizaverit, Petrus vero reliquos Apostolos.*

2º *Certe suscepit sæpius sacramentum Eucharistiae.*
Prob. primo. Frequentia hujus sacramenti est de consilio, et per se honestissima, utilissima et valde conformis eximiæ caritati Virginis erga Filium. Secundo legimus in primitiva Ecclesia (Act. ii), fideles omnes, vel quotidie, vel frequenter usos esse hoc sacramento: ergo multo magis B. V. hanc consuetudinem observavit.

3º *Suscepit Confirmationem quoad characterem et gratiam.*

Prob. Etenim sicut Apostoli receperunt Spiritum sanctum quasi ex opere operato, et perfectissimum confirmationis effectum in die Pentecostes; ita, majori ratione, B. V. eodem die similem effectum et donum perfectius ac copiosius accepit. Ergo...

4º *Probabiliter suscepit sacramentum Extremæ Unctionis.* (Ita plures contra plures.)

Prob. Supponi potest cum pluribus non esse de ne-

cessitate hujus sacramenti, ut persona cui confertur, aliquando peccaverit actualiter, sed satis esse quod peccare possit et a dæmone tentari, quia primarius effectus hujus sacramenti est confortare hominem in ultima pugna contra insidias inimici. Porro B. V., etsi nunquam peccaverit, fuit tamen capax effectus hujus sacramenti, quia retinebat physicam potentiam pecandi, et confortari poterat contra tentationes dia-boli.

Dices: Illud sacramentum non fuit institutum nisi pro iis tantum qui actualiter peccaverunt, ut constat ex forma: Remittat tibi Deus quidquid deliquisti.

Resp. Sensus hujus formæ esse conditionalem hoc modo: *Remittat tibi Deus quidquid deliquisti*, id est, conferat tibi gratiam sufficientem ad delendam iniquitatem quæ per sensus committi solet.

Cætera autem sacramenta tum Pœnitentiæ, tum Ordinis, non suscepit gloria Virgo, quianon erat capax; nec sacramentum Matrimonii, quia sub veteri Testamento illud matrimonium contraxerat.

III^o *Communiter docent theologi B. M. in conceptione Filii accepisse, præter omne meritum, singularem gratiam ob novam et admirabilem præsentiam Verbi divini.*

Prob. 1^o Illud constat auctoritate. Athanasius de Deipara inquit: « Tunc descendisse Spiritum sanctum in Virginem cum omnibus suis virtutibus essentialibus, imbuentem eam gratia et virtute. » Euseb. (*Hom. sup. Missus est*): « Cum gratia plena sit priusquam concipiatur, post conceptionem quanta abundavit? » Id insuper aperte docent Damascenus, Rupert, Bernardinus, ac Bernardus (*super Missus est*).

D. Thomas docet gratiam Virginis in conceptione Filii fuisse quodammodo consummatam.

2^o Afferri potest conjectura: quando B. Virgo visitavit Elisabeth, propter Christi præsentiam, et Joannes fuit sanctificatus, et Elisabeth gratia impleta; quid ergo mirum quod divinum Verbum ingrediens Virginis uterum singulari modo illam sanctificaverit? Adeo valida visa sunt Suarez hæc argumenta, ut doceat neminem sine temeritate hanc opinionem rejicere posse. Idem auctor docet simile quidpiam conjectari posse de aliis temporibus, v. g. de diebus nativitatis, mortis ac resurrectionis Christi.

Contradicit tamen Vasquez; quia, inquit, nihil tale definiri potest, et divino judicio relinquendum est. (In 3^a parte disput. cxix, cap. 8.)

Circa augmentum gratiæ ex opere operantis.

Ad explicationem hujus incrementi gratiæ ex opere operantis, id est ope actuum, præclara scripsit Suarez quibus ille auctor intendit probare in B. Maria fuisse utramque vitam tum activam, tum contemplativam. Hujus verba in extenso referenda ad calcem remittimus (f).

Dico: B. V. meruit per omnes et singulos actus gratiam saltem duplo-majorem.

EXPLICATUR: B. V. ita meruit per quemlibet actum, ut gratia sanctificans, quam ante actum habebat, post actum elicitum duplicaretur: unde v. g. si supponatur Ipsam primo instanti habuisse unum gradum gratiæ, post primum actum habuit duos gradus, deinde quatuor, etc., crescendo semper, et duplicando juxta proportionem geometricam.

Prob. Prima pars, nempe quod meruerit per omnes et singulos actus. Ratio est quia nullos habuit actus indeliberatos, et credendum est Ipsam ad Deum summe dilectum actus assidue retulisse, etiam dum ad operationes externas se conferebat, quia summa facilitate ac jucunditate in divinis meditationibus versabatur.

Prob. Secunda pars, scilicet quod meruerit per omnes et singulos actus gratiam saltem duplo-majorem. Ut hæc assertio admittatur, tria requiruntur et sufficiunt, scilicet: 1º quod actus bonus mereatur gratiam sibi omnino æqualem, in numero graduum, v. g. actus fervens ut quatuor producat gratiam ut quatuor; 2º quod gratia actualis requisita ad agendum habeat proportionem et æqualitatem cum intensitate habitus, unde v. g. qui est sanctus ut quinque habeat gratiam actualem ad operandum ut quinque; 3º quod augmentum gratiæ sanctificantis quam quis per actum meruit, statim ipsi conferatur: hæc tria, inquam, sufficiunt ad probationem assertionis, quia gloriosa Virgo semper agebat juxta totam latitudinem gratiæ actualis quam suscepiebat, alioquin in Ipsi fuisset aliqua imperfectio.

Porro tria principia supra exposita facile probantur.

Prob. primum principium. — Quilibet actus producit gratiam sibi omnino æqualem in numero graduum, v. g. actus fervens ut quatuor producit gratiam ut quatuor. Etenim nullus est actus remississimus, qui non mereatur augmentum aliquod gratiæ; ergo nullus est actus, qui non sit meritorius secundum totam suam latitudinem.

Prob. secundum. — Elici possunt actus ferventes

juxta intensitatem habitus, id est habitus ut centum dat potentiam agendi ut centum; et ratio est quia habitus est de se sufficiens principium actus æqualis¹; aliunde, ita supponere videntur omnes auctores qui de his materiis tractaverunt².

Prob. tertium, nempe augmentum gratiæ, quod quis per actum meretur, statim post actum elicium ipsi conferri. Nam etiamsi admireretur, cum pluribus theologis, non statim conferri augmentum gratiæ actibus remissis debitum, attamen vix dubitari potest quod per illos actus in quibus homo facit totum quod in se est, statim obtineat gratiæ augmentum quod meretur. Etenim si Deus non denegat suam gratiam facienti ex priori gratia quod in se est, quomodo ne-

¹ Ita Suarez (sect. II, Dico 2º, versus medium): « Hoc facile concedi potest, inquit, pro his qui gratiæ fideliter respondent, etc. etc. »

² Hæc sunt verba S. Ligori: « Plusieurs graves théologiens disent que l'âme qui possède une habitude de vertu, produit toujours un acte égal en intensité à l'habitude qu'elle possède, toutes les fois qu'elle correspond fidèlement à la grâce actuelle qu'elle reçoit ensuite de Dieu; d'où il suit qu'elle acquiert chaque fois un nouveau et double mérite égal à la somme des mérites qu'elle avait déjà acquis. Cette augmentation, comme ils disent, fut accordée aux anges; et si elle fut accordée aux anges, qui pourra croire qu'elle ait été refusée à la divine Mère? » Unde P. Combalot (9º conf.): « De grands théologiens et S. Ligori lui-même enseignent que l'âme enrichie du don de la grâce sanctifiante, en correspondant pleinement aux grâces actuelles qu'elle reçoit, produit toujours un acte de vertu égal en intensité et en mérite à l'habitude de grâce qui est en elle... Représentez-vous, M. C. F., l'immense Océan se doublant en profondeur, en largeur et en étendue à chaque flux et reflux, et vous aurez quelque idée des accroissements multiples de cet océan surnaturel creusé aux entrailles de notre divine Reine. »

gabit præmium augmenti gratiæ facienti quantum ex divina gratia potest ad illud merendum? Certe qui plus requirit, impossibilem constituit hujus augmenti consecutionem in hac vita, idque sine fundamento, imo et contra omne quod decet divinam liberalitatem, et quod exigit infirmorum hominum utilitas. Ergo... (g).

*Diximus in propositione: gratiam saltem duplo-majorem, quia pie supponi potest incrementum gratiæ fuisse sæpius supra habitum; verisimile est enim actus caritatis a B. V. elicitos fuisse habitu intensiores.*¹

QUESTIO TERTIA. — *Qualem gratiæ perfectionem in fine vitæ suæ assecuta fuerit?*

Ad solvendam quæstionem sit sequens.

¹ Ad hanc propositionem adnotandum est, quod actus B. Mariae fuerint continui et sine ulla interruptione, non tantum in statu vigiliæ, ut satis per se patet, sed etiam tempore somni; nam verisimile est et pie credi potest, quod illa gloriosa Virgo nunquam fuerit impedita etiam per somnum, quominus actuali amore in Deum tenderet. Ita enim opinantur plures viri graves, et ducentur in hanc opinionem, ex illo principio quod B. Mariæ sit concedendum quidquid gratiæ alicui puræ creaturæ a Deo est collatum; sed illud privilegium concessum fuit hominibus in statu innocentiae; unde S. Augustinus: « Tam felicia erant somnia dormientium in statu innocentiae, quam vita vigilantium. » Ita docent Canisius, Vega, de Rhodes, S. Bonaventura, Albertus Magn., Suarez (disp. xviii, sect. ii), et alii multi, et præserlim S. Bernardus, cuius hæc sunt verba: « Virgo, etiam cum dormiebat, fuit in altiori contemplatione quam fuerit aliquis aliud dum vigilaret. »

PROPOSITIO

GRATIA QUAM OBTINUIT GLORIOSA VIRGO IN FINE VITÆ
FUIT SUMMA AC PENE IMMENSA; IMO ADEO INTENSA,
UT PLURES GRADUS ASSECUTA FUERIT, QUAM SUNT
IN OMNIBUS SANCTIS ET ANGELIS COLLECTIVE SUMPTIS.

Ita expresse Suarez (disput. xviii, sect. iv) hanc tradit ut probabilem. « Conclusio hæc, inquit Suarez « (*ibidem*), a scholasticis antiquis non disputatur, et « ideo fortasse in terminis a nemine reperietur as- « sertum, sicut etiam neque negata est, neque impro- « bata, fit tamen probabilis. » Deinde expositis ratio- « nibus sententiae, pergit: « Accedit quod cum ante vi- « ginti annos, in Academia Salmentensi, rogatus a « gravibus viris quæstionem hanc disputare, atque « definire fuerim agressus, cumque in hanc senten- « tiam valde propenderem, rei novitate detentus, eam « proprio judicio ac sententia definire ausus non fui, « donec doctores sapientissimos et in rebus theologi- « cis valde versatos consului, quibus omnibus pia ac « probabilis visa est hæc sententia. » Apud S. Ligo- « rium refertur B. V. in specie apparuisse Martino Gu- « tierrez, ut Suarez congratularetur et ostenderet quan- « tam inde lætitiam ac gloriam acceperat. Idem legimus « in Vita Suarez (*de Auxiliis gratiæ*, tom. I, Præfatione). Post Suarez, de Rhodes, Spinelli, Carthagena, et multi alii, qui ex professo quæstionem tractaverunt. Imo juxta S. Ligorium (serm. *de Nativitate B. Mariæ*) hæc opinio est communis, et ab hodiernis theologis

spectatur ut certa? Contradicunt tamen quidam autores. Vasquez hanc doctrinam impugnat præsertim ex eo quod, inquit, hæc comparatio inter B. V. et omnes Sanctos simul sumptos fingi non potest. Item contradicit Theoph. Raynaud; contendit enim hanc doctrinam mera divinatione niti et argumenta quibus fulcitur parum esse solida. Tandem P. Henno (de Incarnat. sect. vii, art. iii) vult hanc doctrinam nullo Scripturæ aut traditionis niti fundamento.

Prob. Illa propositio admittenda est, quæ variis in locis Scripturæ insinuatur, solidum habet fundamentum in traditione, et demum ex multis rationibus theologicis evincitur. Atqui talis est hæc propositio. Ergo...

I. *Variis in locis Scripturæ insinuatur.* — Et 1^o affiri potest Psal. 86, qui a pluribus de gloria Virgine intelligitur: sicut hæc verba, *fundamenta ejus in montibus sanctis*, indicare videntur Ipsam incepisse ubi alii desinunt et consummantur, id est a principio habuisse gratiam intensiorem ea quæ fuit ultimo sanctissimis hominibus vel angelis collata; ita hæc alia verba ejusdem Psalmi: *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob*, supponunt gloriosam Virginem, saltem in consummatione vitæ, fuisse dilectam super omnes angelos et sanctos simul sumptos; quia *omnia tabernacula Jacob censentur representare et significare merita omnium electorum* (Ita de Rhodes, quæst. iv, sect. 1, § 3). 2^o *In Cantico Canicorum*, vi, 3, Deipara cum cœlesti Jerusalem comparatur: *Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem*; id est, decora es sicut tota cœlestis Jerusalem, quia totam ex hominibus angelique constantem gratiæ decore exæquas, imo et supe-

ras. — 3^o *Ibidem*, de Deipara dicitur: *Pulchra ut luna, electa ut sol*. Unde sic: Quantumlibet aliæ stellæ reluceant, luna tamen et magnitudine et splendore præeminet; ita, quamvis angelicæ mentes et animæ justorum miro gratiæ ac virtutum fulgore splendeant, Deipara tamen exsuperat omnes, easque immensitate gratiæ et virtutum splendore vincit. (Ita Carthagena, lib. V, homil. vii, tom. I, quart. ration. — *Litanie Lauretanæ*, discurs. cxxxiii).

II. *Hæc sententia solidum habet fundamentum in traditione.* Illa enim doctrina solidum habet in traditione fundamentum quam SS. Patres, etsi expresse non adstruant, omnino supponere videntur: atqui multi SS. Patrum textus, non expresse quidem docent, sed aperte supponere videntur doctrinam thesis nostræ. Ergo...

Prob. maj. ex Bulla *Ineffabili*: in ea enim ex SS. Patribus evincitur dogma Conceptionis Immaculatæ, quod non expresse docent, sed suo loquendi modo supponunt.

Prob. min. — Inter SS. Patres B. V. sanctitatem extollentes, alii Mariam vocant gratiæ abyssum, alii mare omnium gratarum, alii ineffabile privilegium gratiæ, cœleste prodigium, mirandum spectaculum, alii docent tantam gratiam fuisse Virgini datum quantum puræ creaturæ dari esset possibile; ipsam luci illi inaccessibili immersam quantum sine personali unione creaturæ conditio patitur; alii docent quod si ipsa sola in una statera poneretur ex una parte et cæteri omnes sancti tam Novi quam Veteris Testamenti et omnes angeli ex alia, Ipsa amplius penderet; alii prædicant Ipsam merita singulorum et omnium titulos antecedere;

Angelos et sanctos in comparatione illius esse quasi non sint; Dei matris et servorum Dei infinitum esse discrimen; alii in variis similitudinibus quibus utuntur ad exprimendam Virginis sanctitatem asserunt B. Mariam esse respective ad sanctos omnes sicut solem respective ad astra, sicut fluvium ad rivulos, sicut mare ad flumina; quinimo, dicunt Ipsam solam maiorem Dei gloriam manifestare quam omnia ejus cætera opera.

Porro, hæc verba supponunt B. Mariam plus habuisse gratiæ quam omnes electos simul sumptos. Ergo...

III. Multis evincitur rationibus theologicis.

Ratio prima: B. Maria in primo instanti Conceptionis suæ perfectiorem gratiam assecuta est quam supremus angelus in sanctificatione consummata, et illam actibus fere numero infinitis per 72 annos duplicavit; ergo pervenit ad gratiam majorem illa quæ fuit collata omnibus angelis et hominibus simul sumptis. *Prob. conseq.* Vel supponitur actus caritatis quos elicuit in via fuisse innumerabiles, imo adeo numerosos ut conferri possint cum numero sanctorum omnium et angelorum vel non: *si prius*, causam habemus, ut patet; *si posterius*, id est, si numerus actuum minor supponitur, nihilominus valet conclusio nostra: tum quia juxta omnes mathematicos incrementum quod fit secundum proportionem duplam, tale ac tantum es, ut si ab unitate incepiris et progredieris usque ad centum fiat cumulus prorsus innumerabilis; tum quia sacramenta quæ sunt fontes inexhausti et producunt gratiam juxta dispositiones suscientis, in

gloriosa Virgine producere debuerunt gratias innumerabiles. Ergo ¹.

Ratio secunda desumitur ex dignitate matris Dei. Deus unicuique dat gratiam accommodatam muneri suo ac statui; atqui tota hæc gratiæ intensio ac plenitudo optime convenit cum dignitate Matris Dei. *Prob. min. Primo:* Quia illa dignitas est altioris ordinis et suo modo infinita; unde etiamsi in infinitum illa gratia intenderetur nunquam excederet terminos hujus dignitatis; unde, cum ad certum gradum definita fuerit, verisimile est eam esse tam perfectam, ut omnes inferiores in se quodammodo computatur. *Secundo:* quia major est dignitas matris Dei quam munera sanctorum omnium et dignitates, etiamsi in unum congregentur. Ergo, optime huic dignitati respondet gratia quæ omnium aliorum gratiam superat.

Tertia ratio: Deus plus amat Virginem quam reliquos omnes sanctos; ergo plus gratiæ illi confert. Evidens est enim Deum majorem gratiam illi conferre quem majori amore amicitiae prosequitur. — *Antecedens prob.:* namque talis amor videtur debitus matri. Et quis, quæso, bonæ indolis filius non magis

¹ Tout le monde connaît la demande que fit au roi de Perse l'inventeur du jeu d'échecs. Le roi lui ayant promis de lui donner ce qu'il voudrait, il se borna à lui demander qu'on lui donnât un grain de blé pour la première case de l'échiquier, deux pour la seconde, et ainsi de suite en doublant pour chaque case. Or, il se trouva que, même en réunissant tous les blés de l'empire, on fut dans l'impossibilité d'accéder à sa demande. Il est vrai que, dans ce cas, tous les termes de la progression se réunissaient au total, tandis que dans la matière présente on fait seulement attention au dernier terme; mais toutefois le terme n'en est pas moins colossal: car pour l'échiquier il n'y a que 64 termes, et pour la grâce de la sainte Vierge il y en a des milliers.

diligat matrem suam quam omnes suos famulos?
 Unde Augustinus ad Virginem sic loquitur: « Te,
 « ipse Rex regum ut matrem veram et decoram
 « sponsam præ omnibus diligens, amoris amplexu
 « sibi associat. » Anselmus asserit amorem Dei erga
 Virginem esse majorem quam erga alias creatureas;
 quia quod carius amat, illi servavit. « Ostendit,
 « inquit, amorem erga Matrem, quo nullum putemus
 « esse majorem; » et infra: « Quid ergo hic dicemus?
 « Estne, putatis, ulla mens hominis quæ modum
 « hujus dilectionis quam Deus ad hanc Virginem
 « habuit, queat penetrare? » et iterum: « Potestne,
 « quæso, ullus hominum aut angelorum istius amoris
 « immensitatem penetrare, vel dignitati honoris illius
 « quidquam cogitatu percipere comparabile? » Hinc
 Bernardinus non dubitavit dicere, « propter excellen-
 « tiam hujus amoris, Christum potius venisse pro
 « sola Virgine redimenda, quam pro cæteris omnibus
 hominibus. » Methodius sic Virginem alloquitur:
 « Euge, quæ debitorem illum habes qui omnibus
 « mutuatur, Deo enim universi debemus, tibi etiam
 « ille debet. » Ergo...

Quarta ratio: Ex eo quod gratia Christi sit gratia
 capitatis, ideo habet illam excellentiam, quod sit supra
 omnes gratias hominum et angelorum sive singulatim
 sive simul sumptas. Jam vero B. V. hanc dignitatem
 capitatis participat, ergo decet ut et gratia ejus illam
 perfectionem participet. — Unde recte dixit Bonaventura: « Quid mirum, si omnis gratia ad Mariam con-
 fluxit per quam tanta gratia ad cæteros diffuxit?¹ »

¹ S. Ligerius postquam probavit B. Mariam esse coredemp-

Sane, si hæ omnes rationes pondererentur, et præser-
 tim simul colligantur, vix propositio nostra in dubium
 revocari poterit.

*Dixi in propositione: B. M. plures gradus gratiæ
 asseculam fuisse quam omnes electos simul sumptos.*
 Quantus autem fuerit ille excessus quo Virgo præ
 cæteris sanctis fulsit, quis definire audebit et præ-
 sertim, si admittatur cum de Rhodes et S. Ligorio,
 B. Mariam, etiam a principio, habuisse gratiam ita
 intensam qua superavit omnes electos simul sumptos,
 et deinde per quemlibet actum hanc gratiam immen-
 sam duplo majorem effecisse, quis illam dimentietur?
 Ideo P. de Rhodes (quæstio iv, sect. v) non dubitat
 asserere, gratiæ cumulum, quem in fine vitæ habuit
 Deipara tantum esse, ut nullo intellectu creato,
 humano vel angelico, sit comprehensibilis, sed soli
 Deo sit mensurabilis. Unde S. Epiphanius ait: « Solo
 « Deo excepto, cunctis superior existis, cui prædi-
 « candæ neque hominum neque angelorum lingua
 « sufficit. » Et S. Anselmus: « Quid amplius dicere

tricem et mediaticem, sic se habet: « Si Marie, en qualité de
 « mère destinée au commun Rédempteur, reçut la fonction de
 « médiatrice pour tous les hommes, et par conséquent pour tous
 « les saints, il faut bien dire qu'elle reçut une grâce supérieure
 « telle que n'ont pu l'avoir tous les saints pour lesquels elle de-
 « vait intercéder. Je m'explique plus clairement: Si tous les
 « hommes devaient devenir agréables à Dieu par l'intermédiaire
 « de Marie, il fallait bien que Marie fût plus sainte et plus
 « agréable à Dieu que tous les hommes ensemble. Autrement,
 « comment aurait-elle pu intercéder pour tous les hommes? Il
 « est absolument nécessaire qu'un intercesseur soit plus remar-
 « quable à son monarque que tous ses sujets, pour qu'il ob-
 « tienne à tous la grâce du prince. » Deinde idem probat relative
 ad angelos.

« possum? Domina, immensitatem quippe gratiae et
« gloriæ et felicitatis tuæ considerare incipienti et
« sensus deficit et lingua fatiscit: » Et S. Bernardinus
dicit tantam esse, ut soli Deo cognoscenda reserve-
tur.

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies 1º Hæc doctrina est nova, cum eam primus Suarez docuerit; ergo rejicienda. *2º* B. Maria pars quædam fuit Ecclesiæ, et redempta est sicut quilibet alius; sed pars non est dignior toto. *3º* Propter Ecclesiæ, Christus Mariam in matrem elegit, et tantis gratiis cumulavit; ergo magis Ecclesiam dilexit, juxta illud Philos. axioma: *Propter quod unumquodque tale et illud magis*. Ita Abulensis et alii. — *Respondeo ad 1º*: Nova est quoad modum exponendi, transeat; quoad se, nego. Patet ex tota thesi. — *Ad 2º*: Ecclesia totaliter sumpta, id est cum gloriosa Virgine, est dignior quam Virgo seorsim sumpta, concedo; Ecclesia separata a Maria, ac proinde truncata, est dignior quam Maria, quia Maria non est nisi pars Ecclesiæ, nego. Etenim Maria est pars principalis et præcipua; sic caput hominis, etsi sit infra hominem totaliter sumptum, id est cum capite, est tamen supra corpus reliquum separatum a capite: quia caput est pars præcipua et principalis hominis. Ergo... — *Ad 3º*: B. Virgo non fuit dilecta Deo propter Ecclesiam magis sibi dilectam; sed cum Maria esset pars principalis Ecclesiæ, Deus præsertim ob Mariam decrevit Incar-

nationem. — (Conf. Carthag., *ibidem*; *Litanias Lauretanæ*, discurs. cxv) ¹.

Objicies 2º: Inde sequitur quod si aliquis homo, præsertim postquam ad perfectionem devenerit, aliquo tempore merendo perseveraret, brevius ad incommensuratam sanctitatem perveniret, imo primos angelos superaret, quod vix credibile est. Ergo rejicienda hæc sententia. — *Resp. 1º* Negari potest suppositum, exceptis forsan paucissimis viris: quia reliqui semper habent impedimentum fomitis, et raro operantur secundum totam habitum latitudinem. *2º* Admissum supposito, non inde sequeretur hunc hominem superare omnes angelos; quia, postquam ad perfectionem devenisset, vix attingeret ad gratiam quam supremi angeli in prima sanctificatione suscepserunt.

COROLLARIUM. Ex hac propositione, circa quantitatem immensam gratiæ Deiparæ, pari ratione concludendum est ipsam omnes simul superasse quoad omnes virtutes sive theologicas, sive morales et dona Spiritus sancti: quia hæc omnia sunt gratiæ annexa et ipsius proprietates. Exinde facile percipitur quanta fuerit caritas B. M. erga Deum, erga proximum, quanta ejus humilitas, etc.

QUÆRITUR Utrum et quonam sensu B. M. habuerit *1º gratiæ plenitudinem, 2º gratiam infinitam*.

AD 1º Dico: Non habuit plenitudinem gratiæ, in eo sensu quod obtinuerit maximam gratiam quam Deus conferre possit de potentia absoluta: communiter enim admittunt auctores contra Scotistas, Deum

¹ Vide si lubet, difficultatem Vasquezii (loco supra citato): ipsam confutare hic non volumus.

talem gratiam producere non posse; nec etiam maximum gratiam quam de facto contulit Deus in ordine præsenti: hæc enim pertinet ad Christum exclusive ratione unionis hypostaticæ. Ideo habuit plenitudinem gratiæ, tantum in eo sensu quod consecuta fuerit gratiam suæ dignitati proportionatam, ut explicat Billuart (*de Incarnat.* dissert. viii, art. 5); vel in eo sensu quod consecuta fuerit gratias quas Deus de potentia ordinaria, id est in ordine præsenti, meræ creaturæ concedere intendat. (De Rhodes, quest. iv, sect. v.)

AD 2^{um} Dico: Non habuit gratiam simpliciter infinitam: gratia enim est quid creatum ac proinde finitum; nec habuit gratiam infinitam, in eo sensu quod a Deo acceperit maximam gratiam quam conferre possit de potentia absoluta, ut jam supra diximus. Unde dici non potest B. Mariam habere gratiam infinitam nisi lato sensu: vel quia possidet gratiam dignitati Matris Dei suo modo infinitæ proportionatam, vel quia possidet maximam gratiam quam de potentia ordinaria meræ creaturæ Deus concedere possit.

Ex dictis patet quonam sensu intelligendæ sint illæ locutiones SS. Patrum vel auctorum asceticorum, quibus frequenter asserunt gloriosam Virginem assecutam fuisse omnem gratiam possibilem, et omnia dona quæ Deus creaturæ conferre possit (g).

§ 2. DE SCIENTIA DEIPARÆ.

Hæc scientia considerari potest vel quoad res divinas, vel quoad res naturales.

QUÆRITUR *Utrum gloriosa Virgo perfectam habuerit rerum divinarum cognitionem?*

Dico I^o: Certum est ipsam non habuisse visionem intuitivam modo permanenti. Satis patet ex his verbis Elisabeth: *Beata es quæ credisti.* Attamen probabiliter credi potest Ipsam hac visione aliquando fruitam esse per modum actus transitorii; ita enim plures sentiunt de B. Paulo et de Moyse: ergo a fortiori de gloriosa Virgine tenendum est. (Conf. Suarez. disput. xix. sect. iv; de Rhodes, quæst. v, sect. I, § 1). Ita sentiunt Suarez, de Rhodes, Vega, Casalius, Medina, Salas, Tores, Salazar, Canisius, etc. etc.

Dico II^o: *Habuit cognitionem mysteriorum Dei et rerum divinarum perfectissimam, imo superantem omnem scientiam tum apostolorum, tum theologorum,* (Propositio est certa. Suarez, *ibidem*).

Prob. 1^o *ex auctoritate.* — Ita sentiunt SS. Patres. Sæpe enim B. V. vocant *Apostolorum Magistrum; nostræ religionis Magistrum*, ut S. Ignatius; docent *Evangelistas illuminasse*, ut SS. Ambrosius et Bernardus: « mirum non esse, ait S. Ambrosius de Joanne Evangelista loquens, præ cæteris fuisse locutum « mysteria, cum ei præsto esset Aula celestium sacramentorum. » S. Anselmus (*de Excellentia Virginis*): « licet ipsi apostoli per revelationem Spiritus « sancti edocti fuerint in omnem veritatem, incom-

« parabiliter tamen eminentius ac manifestius Ipsa per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat, et per hanc multa eis revelabantur quæ in se non solum simplici scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat. » Idem S. Anselmus super verba *intravit Jesus in quoddam castellum*, hæc habet: « Christus, ut dicit Apostolus, est Dei *virtus*, et Dei Sapientia, et in Eo sunt omnes thesauri Sapientiae et Scientiae Dei, et Christus est in Maria; ergo omnes thesauri Sapientiae et Scientiae Dei sunt in Maria. » S. Bernardinus: « Quantum ad rationem et intellectum, tanta ei sapientiae claritas a Deo superinfusa est, quod perfecte superintelligebat creaturas, et Creatorem, et omnia bona amplectenda et mala fugienda. » Albertus Magnus ait: « B. V. simul cum habitu fidei habuisse actum quo perfectius quam Adam in sopore, quam Joannes super pectus Domini, et quam Paulus in raptu, cognoverit mysteria supernaturalia. »

Demum, propter hanc eximiam B. Virginis sapientiam, Ecclesia catholica vocat illam hæresum interempricem: « Cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo. » Porro sic appellata est non tantum quia genuit mundo Solem justitiae, sed etiam, juxta Suarem, Carthag. et alios, quia magistra fidei fuit, et docuit Apostolos quorum doctrina omnes hæreses interimuntur.

Prob. 2º ex ratione. — Eo major supponenda est scientia gloriosæ Virginis, quo numerosiores ac simul efficaciores fuerunt fontes hujus scientiae. Porro fontes scientiae pro B. M. fuerunt longe abundantiores ac plures quam pro cæteris omnibus sive apostolis, sive

theologis. Ergo habuit scientiam eminentiorem. — *Evolvitur minor.* Et 1º Per sanctos angelos et presertim per Gabrielem fuit instructa et edocta; ita enim opinantur plures SS. Patres, et præcipue S. Bernardus: « Decuit, inquit, ut ab angelo potius quam ab homine mysterium disceret, ne Mater a consiliis Filii aliena videretur, et ut Ipsa rerum tempus et ordinem melius tenens, scriptoribus et prædicatoribus Evangelii reseraret veritatem, quæ et plene de omnibus a principio cœlitus fuerat instructa mysteriis. » Item supponit S. Ambrosius Ipsam fuisse solitam habere revelationes angelicas; inquit enim: « Gabriel, ubi eam revisere solebat, invenit. »

— 2º Post Christi Incarnationem per ipsummet Christum edocta fuit, ut testantur Patres. Imo adeo fuit excellens pro Maria hic fons sapientiae, ut, juxta plures auctores, (Navarrin. lib. IV, excurs. xxix) Filii sui cogitationes agnosceret¹. Non potuit enim vivere in tanta familiaritate cum Christo, qui est fons omnis veritatis, quin inde multa didicerit. — 3º Crevit in Dei cognitione ex assidua lectione et meditatione sacrum Scripturarum. Multi Patres docent B. V. fuisse in hac lectione assiduum; unde Origines (homil. 6, in *Lucam*): « Habebat legis scientiam, et Prophetarum ratiocinia meditatione cognoverat. » Et D. Ambrosius: « Tum minus sola esse videbatur cum sola esset, nam quomodo sola, cum tot libri adessent, et tot Archangeli, tot Prophetæ? » Et D. Augustinus

¹ In hac sententia optime explicatur quomodo, cum ipsem Christus ipsi petenti miraculum non videretur obtemperare, B. Maria tamen dixit ad ministros: *Quodcumque dixerit vobis, facite;* quasi Ipsa in corde Filii legisset.

alloquens Virginem: « Recole, Maria, inquit, propheticam lectionem; nec enim te scientia potest divinorum præterire librorum, quæ ipsam plenitudinem paritura es Prophetarum. » Ac tandem Sophronius ac Gregorius Nyssenus affirmant Deiparam Mariam, a tenera ætate perfecte didicisse sanctam linguam, et quandiu in templo vixit, lectioni sacrarum Scripturarum vacasse. Quantum autem profecerit in hac lectione nemo est qui non agnoscat, si attendat Ipsam perfectissimo ingenio prædictam fuisse, animum habuisse pacatissimum ab omni mentis perturbatione semotum, et a Deo postulasse intelligentiam rerum quas legebat. — 4º Multa didicit ex multorum effectuum mirabilium ac plane divinorum quos experiebatur, observatione; experta est enim conceptionem sine viro, partum sine dolore. (Suarez *ibidem* fuse evolvit.) — 5º Demum crevit in sapientia ex multis revelationibus. Patres enim testantur Ipsam fuisse variis revelationibus frequenter illustratam: unde Andreas Cretensis vocavit Beatam Virginem *fons divinarum revelationum qui exhaustiri non possit*. Et Laurentius Justinianus ait: « Nec angelica tantum, verum etiam Filii jugiter visione ac colloquio exultavit: illi enim coelestis visio debebatur cui incomparabilis gratiae inerat plenitudo. » Adde quod, ut jam diximus, probabiliter quandoque habuit visionem intuitivam. — Porro nemo est qui non videat quantum scientiæ acquisierit B. V. ex his omnibus fontibus... Ergo... ¹.

¹ Sic Albertus Magnus evolvit varia illuminationum genera gloriose Virginis: « Illuminatio per lectionem Scripturaræ sacrae

NOTA 1º Quando dicimus gloriosam Virginem habuisse scientiam supra omnem scientiam Apostolorum et Doctorum, non negamus tamen, imo admittimus hanc scientiam Deiparæ paulatim, et successive adattam fuisse, et satis patet ex expositione diversorum mediorum quibus cognitionem omnium mysteriorum acquisivit.

NOTA. 2º Per hanc propositionem non intendimus dirimere hanc quæstionem utrum scilicet gloria Virgo habuerit hanc scientiam divinorum mysteriorum modo humano acquisitam, vel modo angelorum per se infusam, quamvis ut probabilius habeamus hanc scientiam per se infusam ipsi non defuisse, quia melius explicat quomodo habuerit usum rationis etiam in primo instanti conceptionis. (Conf. Suarez, disput. xix, sect. iii; De Rhodes, quæst. iv, § 3¹.)

QUÆRITUR *Utrum habuerit scientiam rerum naturalium?*

collecta; illuminatio studio rationis inventa; illuminatio contemplationis oculo percepta; illuminatio familiaribus apparitionibus angelorum, cordi Virginis infecta; illuminatio crebris Dei revelationibus; illuminatio per haustum divinæ dulcedinis, et gustum et experimentum certissimum, infusa, quando gustavit et vidit quia bona est negotiatio ejus; illuminatio per salutationem et doctrinam Gabrielis infusa; illuminatio specia liter per adventum Spiritus sancti et virtutis Altissimi splendide donata; et tandem illuminatio per inhabitationem totius Divinitatis in eam corporaliter superimpta, ut vere amicta sit sole, et luna sub pedibus ejus.

¹ Hic recole quæ late disputant scholastici circa scientiam acquisitam, quæ venit a speciebus expressis, ut aiunt, id est a phantasmatis, seu per conversionem ad phantasmata, et circa scientiam infusam quæ venit a speciebus impressis independenter a phantasmatis.

Resp. Habuit scientiam partim infusam, partim acquisitam, necessariam vel expedientem ad cognitionem rerum supernaturalium et ad intelligentiam Scripturarum; non tamen habuit notitiam omnium scientiarum naturalium, puta Mathematicæ, Poeticæ, Physicæ, quia hæc notitia ipsi fuisse omnino otiosa et inutilis. Ita Suarez, de Rhodes (*ibidem*), contra paucos.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Dices 1º contra 1º quæst. : Gloriosa Virgo nequidem cognovit Messiam induturum carnem ex Virgine, ut patet ex his verbis ad angelum : *Quomodo fiet istud?* Ergo non habuit tantam scientiam. — Vide solutionem difficultatis ubi de voto virginitatis a B. M. emissio.

Dices 2º : Contra hanc scientiam eminentem quam in B. V. supponimus, opponi possunt hæc verba Evangelii : *Et ipsi non intellexerunt*, quando Christus inventus in templo, parentibus dixit : *Quid me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse?* (Luc. xi, 48, 49.) — Resp. 1º Forsitan hæc verba fuerunt ab Evangelista scripta, propter circumstantes vel propter S. Joseph qui non habebat scientiam adeo eminentem. — 2º Si intelligantur de B. V., certe accipi non possunt in eo sensu quod ignoraverit Christum loqui de Patre æterno; nec Joseph illud ignorare potuit. Itaque dici potest Ipsam non intellexisse verba Christi, quia non comprehendit adæquate quænam essent res illæ ad cœlestem Patrem pertinentes. Jam

vero hæc ignorantia non dedecuit statum Virginis. Ergo... (Conf. Suarez, disput. xix, sect. vi.)

§ 3. De gratiis gratis datis.

QUÆRITUR An B. V. habuerit donum prophetiæ, linguarum et miraculorum?

DICO 1º : *Habuit donum prophetiæ*. Est conclusio certa et communis. (Conf. Suarez, disput. xx, sect. 1.) Ita testantur Patres; et aliunde constat ex cantico *Magnificat*, in quo spiritu propheticō locuta est B. V. præsertim cum pronuntiaverit se prædicandam esse beatam ab omnibus gentibus.

DICO 2º : *Habuit donum linguarum, saltem probabilius a die Pentecostes...*

Prob. 1º ex eo quod nulla sit ratio ipsi denegandi hoc donum, quod aliunde fuit concessum Apostolis, et etiam initio Ecclesiæ, omnibus fidelibus, non tantum iis qui futuri erant prædicatores Evangelii, sed etiam aliis fere communiter. — Prob. 2º ex utilitate fidei. Ex Patribus enim et ex historiis colligitur, fides ex variis nationibus ad illam confluxisse : sive pietatis causa, sive ut ab Ipsa magis edocerentur. Oportuit ergo ut et illos intelligeret et ab illis intelligi posset. Ergo... (Suarez, *ibidem*.)

DICO 3º : *Habuit gratiam miraculorum, saltem post Ascensionem Domini.*

Prob. Ad bonum Ecclesiæ et ipsius profectum pertinebat ut B. Maria non tantum agnosceretur, sed etiam coleretur ut Mater Dei. Porro ad hoc singula-

riter inserviebat in B. Maria gratia miraculorum.
Ergo..

Dixi, saltem post Ascensionem; probabilius enim videtur quod ante illud tempus miracula non fecerit; quia ille usus miraculorum fuit tum Christo, tum Apostolis reservatus, ad veram doctrinam propagandam: Maria autem publice saltem Christi doctrinam non propagabat. Post Ascensionem vero pertinebat ad gloriam Christi ut B. Maria coleretur ut Mater Dei, ac proinde, ut jam supra diximus, congruebat Ipsam edere miracula.

Hinc respondeatur ad divum Thomam, qui contendit gratiam miraculorum nunquam B. Mariæ fuisse concessam, ex eo quod illa potestas fuerit Apostolis reservata ad doctrinam Christi confirmandam. (D. Thomas, 3^a pars, art. v, ad 3; Suarez, *ibidem*.)

Hic locus esset inquirendi, utrum gloriosa Virgo habuerit angelum custodem.

Respondeo: Controv. inter. theologos. Maxima pars affirmat deputatum fuisse angelum ad ipsius custodiam, et hunc angelum fuisse Gabrielem, unum ex principibus angelis qui semper assistunt ante faciem Dominatoris universæ terræ. Sunt tamen qui contendunt, non absque aliqua probabilitate, angelum non fuisse præcise ad ipsius custodiam deputatum, quia illa assistentia non indigebat propter uberrimam gratiam Spiritus sancti, sed plures angelos fuisse ad ejus obsequium deputatos. Hoc ultimum admitteremus a tempore quo ad maternitatem divinam evecta fuit. Maxime enim decebat ad splendorem tantæ dignitatis rem ita se habere. Exinde S. Bernardinus: « Adfuit « Virgini angelorum protectio; assistebant enim illi

« innumerabiles multitudines angelorum in ejus protectionem. Pie enim creditur quod plurimas legiones habuit angelorum ad protectionem et custodiam suam.» (Confer Navarrin., lib. IV, excursu LIV; de Rhodes, *de Litanis Lauretanis*, discurs. 146.)

CAPUT IV

DE GLORIOSA VIRGINE IN TERMINO, SEU DE GLORIA
CŒLESTI DEIPARÆ

Disseruimus hactenus de perfectionibus quas B. Virgo consecuta est in via; reliquum est ut de felici statu gloriæ ejus disseramus. Quoniam vero mors est terminus viæ ac transitus ad beatitudinem, prius dicendum est de morte ejus et miris ejus mortis circumstantiis: nempe resurrectione et assumptione, quibus explicatis directe exponemus quanta sit hujus almæ Virginis in cœlo regnantis gloria, tum essentialis, tum accidentalis.

ARTICULUS PRIMUS

DE MORTE AC MIRIS DEIPARÆ OBITUS CIRCUMSTANTIIS

QUÆRITUR 1º *Utrum B. Virgo corporalem mortem passa fuerit, et quanam ex causa?*

AD 1^{um} Respondeo affirm. — Prob. ex Scriptura

riter inserviebat in B. Maria gratia miraculorum.
Ergo..

Dixi, saltem post Ascensionem; probabilius enim videtur quod ante illud tempus miracula non fecerit; quia ille usus miraculorum fuit tum Christo, tum Apostolis reservatus, ad veram doctrinam propagandam: Maria autem publice saltem Christi doctrinam non propagabat. Post Ascensionem vero pertinebat ad gloriam Christi ut B. Maria coleretur ut Mater Dei, ac proinde, ut jam supra diximus, congruebat Ipsam edere miracula.

Hinc respondeatur ad divum Thomam, qui contendit gratiam miraculorum nunquam B. Mariæ fuisse concessam, ex eo quod illa potestas fuerit Apostolis reservata ad doctrinam Christi confirmandam. (D. Thomas, 3^a pars, art. v, ad 3; Suarez, *ibidem*.)

Hic locus esset inquirendi, utrum gloriosa Virgo habuerit angelum custodem.

Respondeo: Controv. inter. theologos. Maxima pars affirmat deputatum fuisse angelum ad ipsius custodiam, et hunc angelum fuisse Gabrielem, unum ex principibus angelis qui semper assistunt ante faciem Dominatoris universæ terræ. Sunt tamen qui contendunt, non absque aliqua probabilitate, angelum non fuisse præcise ad ipsius custodiam deputatum, quia illa assistentia non indigebat propter uberrimam gratiam Spiritus sancti, sed plures angelos fuisse ad ejus obsequium deputatos. Hoc ultimum admitteremus a tempore quo ad maternitatem divinam evecta fuit. Maxime enim decebat ad splendorem tantæ dignitatis rem ita se habere. Exinde S. Bernardinus: « Adfuit « Virgini angelorum protectio; assistebant enim illi

« innumerabiles multitudines angelorum in ejus protectionem. Pie enim creditur quod plurimas legiones habuit angelorum ad protectionem et custodiam suam.» (Confer Navarrin., lib. IV, excursu LIV; de Rhodes, *de Litanis Lauretanis*, discurs. 146.)

CAPUT IV

DE GLORIOSA VIRGINE IN TERMINO, SEU DE GLORIA
CŒLESTI DEIPARÆ

Disseruimus hactenus de perfectionibus quas B. Virgo consecuta est in via; reliquum est ut de felici statu gloriæ ejus disseramus. Quoniam vero mors est terminus viæ ac transitus ad beatitudinem, prius dicendum est de morte ejus et miris ejus mortis circumstantiis: nempe resurrectione et assumptione, quibus explicatis directe exponemus quanta sit hujus almæ Virginis in cœlo regnantis gloria, tum essentialis, tum accidentalis.

ARTICULUS PRIMUS

DE MORTE AC MIRIS DEIPARÆ OBITUS CIRCUMSTANTIIS

QUÆRITUR 1º *Utrum B. Virgo corporalem mortem passa fuerit, et quanam ex causa?*

AD 1^{um} Respondeo affirm. — Prob. ex Scriptura

sacra.. Omnes filii Adæ morti sunt obnoxii, nec ab illa régula excipi potest gloria Virgo, nisi vel auctoritas, vel ratio theologica illud suadeat. Atqui neutrum dici potest. 1º non contradicit auctoritas, cum e contra gravissimi ac antiquissimi Patres eam mortuam fuisse testentur; 2º non ratio quæ contrarium suadere videtur: quia ex una parte mors nullam imperfectionem involvit quæ Virginem non deceat; ex altera vero, decuit Virginem esse similem Christo, qui mortuus est, ut sic melius constaret Ipsam redemptione indiguisse.

Ad 2^{me} Resp. Certum est 1º Ipsam non mortuam fuisse ex aliquo morbo, vel ex senio confectam, quia mors hujusmodi non videtur satis puritati ac innocentiae hujus Virginis consentanea. 2º Utrum autem mortua fuerit ex sola Dei voluntate, vel ex violentia amoris non constat: Suar. priorem modum indicare videtur; de Rhodes posteriorem propugnat. Forsitan ambo inter se concordare dici possunt, supponendo amorem B. V. adeo fuisse vehementem, ut de se semper sufficerit, etiam a primis incunabulis, ad vinculum corporis ejus disrumpendum; fuisse tamen vitam temporalem ipsi a Deo servatam per miraculum perpetuum; unde ad mortem ejus procurandam non opus fuit, nisi cessatione hujus miraculi. Ita sentire videtur Bossuetius (2^e serm. sur l'Assomption, 2^e point): « Si vous m'en croyez, saintes âmes, vous ne cherchez point d'autre cause de la mort de la sainte Vierge: son amour étant si ardent, si fort et si enflammé, il ne poussait pas un soupir qui ne dût rompre tous les liens de ce corps mortel; il ne formait pas un regret qui n'en dût dissoudre toute

« l'harmonie; il n'envoyait pas un désir au ciel qui ne dût tirer après soi l'âme tout entière. Je vous ai dit, Chrétiens, que sa mort est miraculeuse; je suis contraint de changer d'avis : la mort n'est pas le miracle, c'en est plutôt la cessation. Le miracle continual, c'était que Marie pût vivre séparée de son bien-aimé... Ainsi point d'autre cause de la mort de Marie, que la vivacité de son amour... »

QUÆRITUR 2º *Utrum anima Virginis a corpore separata, statim in cœlum fuerit sublata ac Deum viderit?*

Resp. affirm. — Est omnino certum. De fide est enim post Christum animas perfecte puras statim admissi ad visionem beatificam. Porro, anima B. V. absque ulla macula seu debito pœnæ, et perpetuo vixit et a corpore discessit. Ergo... Juxta Suarez, nulla fuit interruptio pro B. V. inter viæ ac patriæ amorem; usque ad ultimum enim instans vitæ suæ non cessavit amare et actus caritatis elicere.

QUÆRITUR 3º *Utrum corpus B. V. resurrexerit ac assumptum fuerit?*

DICO: *Paulo post mortem, corpus Deiparæ ad gloriosam et immortalem vitam resurrexit ac in cœlum ascendit.* (Non est de fide juxta Suarez, sed tamen adeo certa est, juxta eumdem auctorem, hæc propositio, ut a nullo pio et catholico in dubium revocari queat, aut sine temeritate negari. Quoad certitudinem, hanc propositionem æquiparabat huic alteri propositioni qua statuitur B. V. fuisse in utero Matris sanctificatam. Ita Billuart, dissert. xiv, art. 2; Melchior Cano, lib. XII, cap. ii.)

Probatur 1º ex auctoritate Ecclesiæ. Ecclesia enim in officio Assumptionis inseruit lectiones ex Joann. Da-

masc. et S. Bernardo, in quibus asseritur assumptio corporea B. V.; et in Collecta (Sacramentarii S. Gregorii) legitur sanctam Dei Genitricem mortem subiisse temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuisse; per nexus autem mortis non potest intelligi nisi corruptio corporis.

Probatur ex communi auctoritate tum Patrum, tum theologorum. — Illud enim admittunt S. Joannes Damascenus, S. Bernardus, S. Petrus Damianus. Idem tribuit Suarez S. Augustino, S. Hieronymo, S. Athanasio. (Conf. Suarez, disp. xxii, sect. ii.) Idem tenent communiter Scholastici post divum Thomam (3^a part. quæst. xxvii, art. 2, in-4^o).

Probatur ex communi sensu fidelium, qui magna cum solemnitate festum Assumptionis B. M. celebrant, persuasum habentes B. M. fuisse simul cum anima et corpore assumptam.

4^o Suadetur variis argumentis. — *Prima ratio*: Corpus Christi et corpus Mariæ quodammodo dici possunt esse una caro; porro, sicut decuit carnem Christi omni ex parte esse beatam et incorruptam, ita etiam carnem Matris cuius gloria in illius honorem redundat. — *2^a ratio*. Si corpus B. Mariæ non surrexisset, vel fuisse in cinerem redactum, vel integrum et incorruptum in terra persisteret. Atqui neutrum admetti potest. Non 1^{um}, nam, inquit sanctus Augustinus, *Corpus Virginis escam vermis traditum, quia sentire non valeo, dicere perhorresco.* — Non 2^{um}. Incredibile est enim Deum permisisse ut tanto tempore Ecclesiam lateret et absque honore et veneracione in occulto aliquo et inviso loco jaceret. Ergo inde concludendum est illud corpus B. V. fuisse ad paradisi glo-

riam assumptum ac e terra suscitatum. — *Tertia ratio*. Corpus Virginis fuit quodammodo initium humanae salutis, quia ex illius sanguine corpus sanguisque Christi sumpta sunt, quod fuit nostræ salutis pretium. Ergo rationi consentaneum est ut idem Virginis corpus singulari modo redemptionem participaverit, atque adeo ut gloriam et immortalitatem statim fuerit consecutum. — *Quarta ratio*: Animæ beatorum appetunt gloriam corporum, et ex hac parte non habent expletum omnem appetitum, cum ipsis desit accidentalis quædam beatitudinis perfectio. Atqui anima Virginis e corpore separata hoc habuit desiderium; ergo decuit statim expleri, ut omni ex parte esset perfecta; et si hoc postulavit, statim exaudita est propter singularem dignitatem et quasi jure materno. — Tandem hoc privilegium Virginis ad gloriam Dei spectat Christique Domini, ad dignitatem Virginis summamque Ipsius puritatem ac innocentiam: Christus ut filius amantissimus hunc honorem quodammodo debebat Matri, et illa quæ universæ carnis maculas non contraxit, sed ab omnibus sordibus quam longissime absuit, non debuit, ut cæteri, carnis resurrectionem expectare. Ergo...

Quod si quæras quomodo ascenderit in cœlum, facile respondetur quod assumpta fuerit non per angelos, sed propria virtute corporis gloriosi; ideo si quandoque dicitur Ipsam ab angelis fuisse assumptam, illud intelligendum est in eo sensu quod Ipsam, honoris causa, comitati sint.

ARTICULUS SECUNDUS

DE BEATITUDINE ET GLORIA DEIPARÆ TUM ESSENTIALI,
TUM ACCIDENTALI

1º De gloria essentiali. — Gloria essentialis nihil aliud est quam visio intuitiva quæ sub dupli respectu considerari potest, nempe intensive et extensive : intensive, quatenus fertur in Deum ipsum seu in essentiam divinam; extensive, quatenus fertur in objecta Deo extrinseca, quæ tamen in Verbo Beati contemplantur. His positis.

DICO *Iº Probabile est visionem Deiparæ intensive consideratam, in perfectione superare visionem omnium sanctorum et angelorum collective sumptorum.*

Rationes hujus assertionis hic non evolvuntur, satis enim expositæ sunt ubi de gratia Virginis disseruimus. Nemo enim nescit privilegia gratiae et gloriæ esse inter se correlativa, quia semper gloria cœlestis meritis uniuscujusque proportionatur. Unde mirabiliter mellifluus doctor S. Bernardus : « Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se, quæ præparavit gignenti se et diligenti præ omnibus quis loquatur? »

DICO *2º Probabile est gloriosam Virginem in Deo videre quicquid omnes angeli et sancti homines vident, id est, probabile est visionem Deiparæ etiam extensive consideratam, superare visionem omnium electorum.*

Prob. Illa cognitio considerari potest vel quoad mys-

teria Trinitatis et Incarnationis, vel quoad res naturales et physicas, vel quoad individuos in ordine morali. Atqui sub hoc triplici respectu valet nostra propositio. Quoad 1^{um} et 2^{um} nulla est difficultas, quia cognitio mysteriorum ac rerum physicarum et naturalium semper intensitati visionis intuitivæ proportionatur. Quoad 3^{um} sic probari potest. Theologi supponunt cognitionem individuorum correspondere statui in quo sancti constituti fuerunt dum in terris dederent, v. g. qui fuit rex vel papa plures videt individuos quam anachoreta. Atqui pertinet ad statum genitricis Dei cognoscere omnes omnino homines, quia ad omnium salutem cooperata est. Ergo...

Exinde concludes B. M. videre in Deo quidquid Deus videt scientia visionis, iis solis exceptis quæ singulariter ad Christum et ad interiores animæ ejus operationes pertinent; id est, videt omnia quæ Deus fecit et facturus est in tempore et æternitate. (Conf. Suarez, disput. xxxi, sect. iii; de Rhodes, quæst. v, sect. 1.)

II. De gloria Deiparæ accidentalis. — Hæc gloria considerari potest vel relative ad animam, vel relative ad corpus.

DICO *Iº Quoad animam, præter omnes glorias accidentales omnibus sanctis communes, habet etiam omnes perfectiones singulares, scilicet triplicem aureolam virginitatis, doctoratus et martyrii, et etiam aliquid amplius sibi proprium.*

Probatur assertio per partes.

1º Habuit aureolam virginitatis. — Illud constat ex omnibus quæ tradidimus circa virginitatem Deiparæ.

2º Habuit aureolam doctoratus. — Prob. quia a SS. Patribus Magistra fidei et doctorum Doctrina ap-

pellata est, et ad hanc aureolam consequendam, juxta divum Thomam, non requiritur ut quis publice docuerit.

3º Habuit aureolam martyrii, saltem aliquo sensu.

Prob. 1º ex auctoritate SS. Patrum, qui Mariam vocant simpliciter vel Martyrem, vel Reginam martyrum; et hoc titulo donatur in Litanis Lauretanis ab Ecclesia approbatis.

Constat 2º ratione theologica. Ad martyrium verum requiritur et sufficit, 1º ut aliquis patiatur in odium Christi et virtutis christianæ; 2º ut patiatur dolorem de se sufficientem ad mortem inferendam, etiamsi de facto inde non sequatur: unde Ecclesia habet tanquam verum martyrem S. Joannem Evangelistam, quamvis de facto in tormentis mortuus non fuerit. Atqui res ita se habuit relative ad B. Virginem.

Et 1º passa est in odium Christi. Etenim, ut quis censatur pati in odium Christi, non requiritur ut tortores directe ipsum prosequantur, sufficit vero quod prosequendo Christum ipsi mortem inferant, et ideo sancti Innocentes ab Ecclesia habentur tanquam veri martyres, quamvis illos directe occidere non intenderet Herodes, sed Christum. Sic B. M., stans juxta crucem, afflita est quia Christus affligebatur, et propter suum amorem erga Christum. — 2º Certe passa est dolorem de se sufficientem ac mortem ipsi inferendam, et nonnisi ex speciali Dei auxilio vitam retinuit post Christi passionem.

Dices contra hanc conclusionem: Admissa hac doctrina, sequeretur quod ille qui meditando passionem vehementer doleret ita ut moreretur, esset martyr.

Consequens satis violentum, videtur, ergo falsum antecedens.

Resp. Nego paritatem. Namque ad martyrium non sufficit dolor mere internus, sed requiritur insuper ut ab extrinseco inferatur, quod certe non evenit in exemplo allato. Quoad B. Mariam, equidem interne patiebatur, sed aliquo modo ille dolor ipsi inferebatur ab extrinseco, quia præcise patiebatur ex blasphemis et injuris quibus Christus afficiebatur et quæ Ipsam attingebant; aliunde probabile est tortores Christi, ipsimet injurias et blasphemias irrogasse quatenus erat ipsius Mater.

Urgebis. Sed inde sequitur quod S. Joannes et Maria Magdalena, qui stabant juxta crucem, dici poterunt martyres.

Resp. Forsitan non adeo doluerunt ut absque miraculo divino ex dolore mortui fuerint; præterea non eodem modo et minus atrociter a tortoribus conviciis fuerunt afflicti.

Dixit in propositione, saltem aliquo sensu: nam si quis contendat B. M. non esse stricte et rigorose martyrem sensu a theologis explicato et definito, nihilominus admittendum erit gloriosam Virginem plus meruisse quam omnes martyres quoad meritum essentiali. Quoad præmium vero accidentale quod *aureolam* vocant, certum videtur B. Mariam insigniri quadam gloria speciali quæ sit veluti signum excellentissimæ fortitudinis, sive illud vocetur aureola martyrii, sive sit aliquid eminentius, quod juxta Suarez verius dicetur. (Suarez, *ibidem*; de Rhodes, quæst. iv, sect. viii, § 4.) S. Ligorius (9º *Discours sur les douleurs de Marie*, 1º point), hæc habet: « Que Marie ait été véritable-

« ment martyre, on ne peut en douter, comme le prouvent Le Chartreux, Silbaste, Catarin et d'autres auteurs; car c'est une opinion indubitable, qu'une douleur qui peut donner la mort est suffisante pour constituer le martyre, quoique la mort ne s'ensuive pas, etc. etc. »

Dico II^o Corpus Deiparæ in cœlis glorificatum habet omnem pulchritudinem et ornamenta gloriæ in summo gradu; adeo ut post Christi corpus nihil sit in tota natura corporea, ubi tota divinitas æque splendeat velut in speculo, nihil ubi potentia divina magis laborasse videatur.

Prob. 1^o ex gloria essentiali B. Mariæ. — Gloria corporis aliquo modo proportionatur gloriæ essentiali beatorum, quia ex anima glorificata per emanationem quamdam connaturalem effluit gloria ipsa in corpus. Atqui gloria essentialis B. V. est excellentior quam omnium aliorum sanctorum. Ergo...

Prob. 2^o ex maternitate divina. — Decebat enim illud corpus, ex quo assumptum est indumentum Verbi divini, insigniri gloria omnino insolita, et eo magis quod caro B. V. aliquo modo magis cognata sit Christo quam ipsius anima, cum Christus ex ea carne factus sit.


Exinde concluditur plus lætitiae percipere beatos ex aspectu corporis B. V. sicut et corporis Christi, quam ex ullo alio objecto corporeo quo possunt delectari omnes corporei sensus. Collige totum illud quod oculis placet, quod delectat auditum, quod sapit gustus, quod tactum delectat, nihil esse in comparatione delectationis quæ percipitur ex contemplatione utriusque corporis Christi et Mariæ ubi magnificentia Dei omnes suas divitias videtur exhaustisse.

COROLLARIUM TOTIUS HUJUS DOCTRINÆ CIRCA GLORIAM

DEIPARÆ IN CŒLIS REGNANTIS

Ex quibus omnibus sequitur B. V., ita in omnibus excedere alios beatos, ut sub Christo Ipsa sola specialiter sedem ac singularem chorū in beatitudine constituat. (Ita Suarez, disput. xxi, sect. iv; item Lugo, disput. xxxv, sect. ii, ad finem Tract. de Incarnat.; de Rhodes, quæst. v, sect. i, § 2; et eo magis hæc conclusio admittenda est, quod ab ipsa Ecclesia B. Mariæ decernatur cultus specialis, ut dicetur in tertia Parte Tractatus.

ABSOLVITUR SECUNDA PARS TRACTATUS



PARS TERTIA

DE BEATA MARIA RELATIVE AD HOMINES

Ex eo quod gloriosa Virgo sit Mater Dei, sequitur illam nobiscum quasdam relationes habere. Ex una parte enim fungitur quibusdam officiis erga homines, ex altera autem ipsimet dulcissimæ Matri obsequia debemus. Unde hæc tertia Pars in duo capita dividetur, quorum primum tractabit de Officiis B. Virginis erga homines, secundum vero de Obsequiis nostris erga Deiparam.

CAPUT PRIMUM

DE OFFICIIS B. MARIE ERGA HOMINES

Ad duo præcipue reduci possunt illa Officia, nempe
1º Officium mediaticis, 2º Officium matris.

ARTICULUS PRIMUS

DE OFFICIO MEDIATICIS

Circa hoc officium mediaticis, duæ præcipue occur-
runt quæstiones resolvendæ, nempe : 1º Utrum in ali-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

quo sensu B. Maria sit mediatrix inter Deum et homines? 2º Quanta fuerit ejus cooperatio relative ad nostram salutem?

QUÆSTIO PRIMA. — *Utrum in aliquo sensu B. Maria sit mediatrix inter Deum et homines?*

Resp. Præsuppono duplēm distingui posse mediatorem, nempe principalem et stricte dictum, et mediatorem minus principalem et late dictum. Mediator principalis ille est qui ex vi propriorum meritorum condignam pro peccatis nostris obtulit solutionem, ac nobis obtinuit gratias ad salutem consequendam necessarias, dum e contra mediator secundarius ille est qui nonnisi dependenter a principali, et ex ejus meritis concurrit ad nostram salutem. His præhabitibus.

Dico 1º : Certum est et de fide, ad solum Christum pertinere titulum principalis Mediatoris, quia solus pro peccatis nostris satisfacere condigne potuit, ut fuse probatur in *Tractatu de Incarnatione*; et in hoc sensu sæpe inculcat B. Paulus non aliud esse mediatorem nisi Christum Jesum.

Dico 2º : *Certum est B. Mariam esse Mediaticem minus principalem et secundariam.*

Probatur 1º ex SS. Patribus. — SS. Patres testantur B. Mariam fuisse coremptricem. S. Germanus (*sermone de Zona Domini*) sic Virginem alloquitur : « Nullus est qui salvus fiat, nisi per te, Virgo sanctissima; nemo est qui liberetur a malis, nisi per te, o purissima; nemo est cui donum concedatur, nisi per te, o castissima; nemo est cui misereatur gratia, nisi per te, o honestissima. » Similiter Ephrem (*Orat. ad Virginem*) inquit : « Per te reconciliati sumus Christo, Deo meo, Filio tuo; tu captivorum redemptio, et

« omnium salus. Ave, pax, gaudium et salus mundi! « Ave, mediatrix gloriosissima! Ave, universi terrarum orbis conciliatrix! » Deinde Petrus Damianus (*sermone de Annuntiatione*) : « Evocatur coelestis ille conventus, init Deus consilium, cogit concilium, « facit Deus sermonem cum angelis de restauratione eorum, et de redemptione hominum; ac statim de thesauro divinitatis Mariae nomen evolvitur, ac per Ipsam, cum Ipsi, et in Ipsi totum hoc faciendum decernitur, ut, sicut sine ipso nihil factum est, ita sine illa nihil refectum sit. » Et sermone primo de *Nativitate Virginis* : « Hodie, inquit, nata est illa per quam renascimur omnes; » quod tum illic, tum in duabus sequentibus concionibus eleganter prosecutur. Denique Richard, Victorinus, xxvi, in *Cant.* : « Omnia salutem desideravit, quæsivit et obtinuit; imo et salus omnium per Ipsam facta est, unde et mundi salus dicta est. »

Unde sic arguo: Juxta præcitos Patres, sine Maria, nec salus, nec liberatio, nec donum, nec gratia obtinentur; per Ipsam reconciliati sumus Deo, renascimur omnes; Ipsi est captivorum redemptio, gaudium et salus, mundi mediatrix et conciliatrix, omnium salutem obtinuit; per Ipsam, cum Ipsi et in Ipsi totum de restauratione et redemptione hominis concilium faciendum decrevit Deus; unde et salus mundi dicta est. Atqui non alia sunt officia et munia mediaticis, et quidem hic minus principalis ac secundariae, cum evidenter omnia istiusmodi verba Patrum in Maria, nonnisi per Christum quem Ipsi genuit, veritatem habere intelligenda sint. Ergo juxta SS. Patres, Maria est mediatrix nostra minus principalis ac secundaria (h).

Prob. 2^a ratione. — Ille est mediator noster secundarius qui, licet dependenter a meritis principalis mediatoris, realiter tamen et efficaciter concurrit ad nostram salutem. Atqui B. Maria, licet dependenter a meritis Christi, realiter tamen et efficaciter concurrit ad nostram salutem, cum conceperit ac pepererit Christum salutis nostræ auctorem, nobis meruerit de congruo gratias ad salutem necessarias, et etiam nunc in celo incessanter interpellet pro nobis. — Hæc fusius infra evolventur. Ergo...

QUÆSTIO SECUNDA. — *Quanta fuerit cooperatio B. Mariæ relative ad nostram salutem?*

Ut percipiatur quanta fuerit ejus actio relative ad nostram salutem, examinandum est : 1^o Utrum et in quantum ad opus ipsum Incarnationis concurrerit; 2^o Utrum et in quantum concurrat ad nobis applicandos fructus Incarnationis, seu ad distributionem gratiæ. Itaque.

QUÆRITUR 1^o Utrum et in quantum gloriosa Virgo concurrerit ad ipsum opus Incarnationis?

Dico : Gloriosa Virgo concurrerit modo efficacissimo ad opus Incarnationis peragendum.

Prob. Illa modo efficacissimo ad opus Incarnationis concurrerit, quæ : 1^o aliquo modo meruit Incarnationem; 2^o suo consensu, ad hoc opus peragendum Deum efficaciter determinavit; 3^o demum concepit ac peperit ipsummet Salvatorem. Atqui ita se habuit B. V. relative ad opus Incarnationis. Ergo...

Pro. Prima Pars, scilicet B. M. aliquo modo meruisse Incarnationem. Communiter theologi post divum Thomam, (*Tractat. de Incarnat.*) admittunt sanctos Patres Veteris Testamenti non tantum acce-

lerationem Incarnationis meruisse, sed etiam aliquo sensu de congruo ipsammet Incarnationem quoad substantiam, quod præsertim probant ex eo quod congruum erat Deum exaudire desideria ac preces suorum amicorum. Jam vero, si hoc admittitur de SS. Patriarchis et Prophetis, a fortiori concedendum est B. V. ita meruisse Incarnationem. (Suarez, vol. I, *de Incarnat.*, disput. x, sect. vi.)

Prob. Secunda Pars, nempe B. Mariam suo consensu Dcum ad opus Incarnationis peragendum efficaciter determinasse, id est, opus Incarnationis non fuisse ad executionem demandatum, nisi dependenter a consensu B. Mariæ.

Prob. 1^o Ex auctoritate tum SS. Patrum, tum scriptorum catholicorum, tum prædicatorum. — *Primo* hanc doctrinam tenuere SS. Patres qui docent *sine consensu B. Mariæ non perfici mysterium Incarnationis; noluisse Omnipotentem suæ Incarnationis miraculum operari in Ipsa, non cooperante Ipsa; potuisse Deum Incarnationem celebrare, Maria nesciente, sed maluisse sumere non tantum ex Ipsa sed ab Ipsa sciente, consentiente ad gloriam matris;* qui demum non dubitaverunt dicere quod illud *fiat* quo B. V. consensum præbuit, fuerit potentius ac mirabilius quam illud alterum *fiat* quo Deus in principio condidit universa. — *Secundo* eamdem prorsus doctrinam docent ac propugnant prædicatores.

Et 1^o P. Bourdaloue (Sermon sur l'Annonciation, exorde) : « Dixit autem Maria ad angelum : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* C'est « de cette réponse de Marie que dépendait l'accord plissé du glorieux mystère que nous célébrons ; « ce consentement était, dans l'ordre des décrets

« éternels de Dieu, une des conditions requises pour « l'Incarnation du Verbe; et voilà, mes chers auditeurs, l'essentielle obligation que nous avons à cette Reine des Vierges, puisqu'il est de la foi que c'est par elle que Jésus-Christ nous a été donné, et à elle que nous sommes redevables de ce Dieu Sauveur. » — Illustrissimus Bossuetius variis in locis idem docet (*Sermon sur la dévotion à la sainte Vierge*, 1^{er} point) : « Mais il faut encore ajouter que Dieu l'ayant appelée à ce glorieux ministère (Mère de Dieu), il ne veut pas qu'elle soit un simple canal d'une telle grâce, mais un instrument volontaire qui contribue à ce grand ouvrage, non seulement par ses excellentes dispositions, mais encore par un mouvement de sa volonté. C'est pourquoi le Père éternel lui envoie un ange pour lui proposer le mystère, qui ne s'achèvera pas tant que Marie sera incertaine; si bien que ce grand ouvrage de l'Incarnation, qui tient depuis tant de siècles toute la nature en attente, lorsque Dieu est résolu de l'accomplir, demeure encore en suspens jusqu'à ce que la divine Vierge y ait consenti; tant il a été nécessaire aux hommes que Marie ait désiré leur salut. »

Tertio idem sentiunt et docent Rohrbacher (*Hist. eccl.*, Annonciat.); P. Faber, *Marie au pied de la Croix*). Hæc sunt verba P. Faber (*Compassion de Marie*, p. 428) : « Elle (Marie) coopéra avec Notre-Seigneur à la rédemption du monde dans un sens tout à fait différent, dans un sens qui, à l'égard des saints, ne put jamais être vrai que dans un sens figuré. Le libre consentement de la Sainte Vierge était nécessaire à l'Incarnation, aussi nécessaire que

« la libre volonté l'est pour mériter conformément aux conseils de Dieu.

Prob. 2^o ex ratione. — In hoc mysterio Incarnationis intercedebant sponsalia seu matrimonium spirituale inter Verbum divinum et naturam humanam quam induit. Porro ad sponsalia seu matrimonium requiritur consensus sponsæ, quem B. Virgo suo, et Ecclesiæ, et totius humanæ naturæ nomine dedit. Ita S. Thomas (3^a pars, quæst. xxx, art. 1). Item docet Suarez (eadem quæst. comment. de Incarnat.). « Sicut Deus per gratiam, tametsi efficacissimam, nullam personam ratione utentem ad amicitiam suam sine consensu ejus pertrahit, ita cum per hoc mysterium B. V. ad singularem cum Deo conjunctionem ineundam levaretur, ad suavem divinæ Providentiae dispositiōnem pertinuit voluntarium ejus expectare consensum. » Hanc rationem fuse evolvit Aug. Nicolas (vol. I, *Plan divin*, chap. vii, 2), ubi probat : « Qu'elle (Marie) est partie contractante dans le mystère de l'Incarnation, et qu'en ce sens Dieu a voulu que ce mystère, et par conséquent tout le plan divin, relevât d'elle¹. »

¹ Après avoir prouvé que, dans le plan divin, l'Incarnation s'est faite sans le consentement de l'humanité de Notre-Seigneur, laquelle a été saisie dès le moment de la conception, et n'a pu faire un acte personnel d'adhésion, il ajoute : « Quoi donc! dans ce grand mystère de l'Incarnation, union souveraine de Dieu avec le monde, principe et gage de toutes les unions qui composent la société universelle des élus, pierre angulaire de l'édifice spirituel des intelligences spirituelles, centre rayonnant du plan divin, la condition essentielle à toute union morale, l'adhésion manquera complètement? Telle est la conclusion absurde, telle est la monstrueuse anomalie où il faut aller se jeter, pour éviter de voir cette condition d'adhésion

Tertia pars, nempe B. M. ipsum Christum peperisse ac concepisse, ut satis constat ex propositione qua statuimus ac probavimus Ipsam esse Dei Genitricem. Ergo...

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Dices contra 1^{am} partem : Repugnat B. M. meruisse de congruo Incarnationem, quia Incarnatio seu Christus est principium totius meriti; alias principium meriti caderet sub merito, quod repugnat. — *Resp.* Ad hanc difficultatem solvendam abeunt auctores in diversas explications quas reperies apud Billuart (*de Incarnat. dissert. v, art. 3*). Suarez (vol. I, *de Incarnat., disput. x, sect. vi*) confudit ad distinctionem inter ordinem intentionis et ordinem executionis; sed illa distinctio in praesenti casu difficile admitti potest: itaque forsitan melius diceretur B. M. nonnisi de congruo late sumpto meruisse Incarnationem.

Dices contra 2^{am} partem : Mysterium Incarnationis fuit prædestinatum ac prænuntiatum modo absoluto, ac proinde non potuit pendere a consensu B. V. Ergo...

Resp. Illud mysterium non fuit prædestinatum ex voluntate divina absoluta et antecedente, sed ex voluntate conditionali ac consequente; fuit tamen prænuntiatum modo absoluto, quia, præviso libero consensu B. V., infallibiliter, quamvis libere, erat assensura.

• admirablement ménagée dans le ministère de la sainte Vierge,
• à sa plus grande gloire. •

QUÆRITUR 2º In quantum concurrat ad nobis applicandos fructus Incarnationis, id est, ad nobis conferendam gratiam?

Ad resp. præsuppono triplici modo præsertim aliquem concurrere posse ad gratiam nobis conferendam: nempe vel ut causam efficientem, vel ut causam meritoriam, vel ut causam impetratoriam. — Causa efficiens gratiae ille vocatur et est, qui producit gratiam physice; causa meritoria ille est qui ex suis actibus habet apud Deum aliquod jus, saltem ex congruentia et promissione Dei, ut gratia nobis infundatur, ita ut gratia sit pretium operis; impetratio, e contra, non determinat gratiae collationem quasi præmium meritorum, sed ex sola Dei liberalitate illam obtinet. Exinde patet discrimen quod existit inter orationes B. M. in via, ejusdemque orationes in termino. Dum fuit in via, ejus orationes non fuerunt tantum impetratoriæ, quia vita est tempus merendi, nunc vero ejus orationes sunt tantummodo impetratoriæ, quia tempus merendi jam cessavit.

His positis, quæstio non est utrum B. V. fuerit causa efficiens gratiae instrumentalis vel secundaria, quia circa illud punctum nihil vel ex Scriptura, vel ex traditione colligi potest; itaque inquirendum est tantum utrum sit causa gratiae meritoria et impetratoria. Hinc.

I. *De Maria quatenus causa gratiæ meritoria.*
Dico: *B. M. nobis non meruit gratiam de condigno, bene vero de congruo.*

Prima Pars constat ex eo quod opera nostra habent rationem meriti de condigno ex vi motionis divinæ gratiæ, et sic homo justus ea tantum proprie ac de

condigno meretur ad quæ se extendit motio divinæ gratiæ. Atqui gratia puro homini collata est particularis, ipsumque movet ad propriam perfectionem et salutem, non vero ut alios sanctificet; id namque proprium est gratiæ capitum et universalis, qualis fuit in Christo, quæ secundum præsentem providentiam nulli particulari justo conceditur. (Ita Billuart, *de Gratia*, dissert. viii, art. v, § 2.)

Secunda Pars probatur 1º ex autoritate Patrum. — Hic afferri possent omnes textus quibus comprobavimus B. M. revera fuisse mediatrixem inter Deum et homines; sed nonnisi hoc verbum Richard Vict. (cap. xxvi, *in Cant.*) proferemus: « Talis, inquit, fuit in « virtutibus, tantaque fuit ejus caritas, ut non solum « ad ejus gentem, Judæos videlicet, extenderetur, sed « ad ignotos et notos, ad omnes denique homines « dilatata fuerit, pro his indesinenter oravit, pro his « sollicita fuit, pro his orando exaudita fuit, dicente « ad eam angelo Gabriele: *Invenisti gratiam apud Deum*, scilicet quam quærebas. Omnia salutem « desideravit, quæsivit et obtinuit; imo et salus omnium « per Ipsam facta est, unde et salus mundi dicta est. » Præterea hæc reperiuntur apud S. August.: « Auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria. » Et apud Innocent.: « Quod damnavit Eva, salvavit Maria. » Unde sic: Eva non fuit propria ac directa causa humani casus, quia in ea non peccavimus; dicitur autem causa nostræ ruinæ, quia Adamum ad peccatum induxit: ita igitur B. V. non fuit per se causa nostræ salutis, nec nos redemit, nec de condigno nobis meruit; sed fuit tantummodo causa, quia aliquo modo Christum et gratiam nobis promeruit.

Prob. 2º ex ratione. — B. Maria, dum fuit in via, oravit pro salute omnium hominum. Porro orationes ejus hominibus meruerunt gratiam de congruo; docent enim theologi adesse proportionem inter orationes meræ creaturæ et gratiam pro aliis obtainendam, et aliunde congruum esse ut homo in gratia constitutus, secundum amicitiæ proportionem, a Deo exaudiatur quando pro salute cæterorum orationes fundit. — Præterea, si cum Suarez admittitur B. M. meruisse de congruo stricto Incarnationem saltem in execu-tione, ut dictum est supra (*Dices 1º*), facile admittetur nostra propositio; non potuit enim mereri Incarnationem quin fructum Incarnationis, nempe gratiam, merita fuerit. — Ita Suarez (*ibidem*, disput. xxiii, sect. i). Item expresse docet S. Ligorius (*2º Discours sur la nativité de la Sainte Vierge*): « Marie est médiatrice de grâce par voie de simple intercession et de mérite de congruo, ayant offert à Dieu, comme disent les théologiens, ses mérites pour le salut des hommes, et Dieu les ayant acceptés par grâce avec les mérites de Jésus-Christ. » Et *ibidem* docet quod solus Christus nobis meruerit gratiam *de condigno*¹.

¹ Si quæras autem quænam meruerit ita de congruo B. V., Respondeo: Docent theologi, et præsertim de Rhodes (quest. v, sect. iii, § 1), Suarez, S. Ligorius, Ipsam congrue meruisse, petendo et compatiendo, quidquid condigne meruit Christus moriendo; adeo ut verum sit dicere nos fuisse redemptos et Christi sanguine, et Mariæ lacrymis, quamvis modo longe diverso, ut jam exposuimus. — Ita evidenter eruitur ex textibus statim allatis, aliunde valde conveniebat B. Mariam Filio consociari in gratiam postulandam, petendo quidquid petivit Filius.

Itaque, admissa sententia Suarez, qui vult Christum meruisse gratiam et gloriam non tantum hominibus, sed etiam angelis, concludendum videtur ipsammet Virginem meruisse de congruo

II. *De Maria quatenus causa gratiæ impetratoria.*
Dico : *Certum est et de fide B. Mariam pro nobis in cœlo intercedere.*

Ita enim late probant theologi, ubi tractant de cultu sanctorum. (Bouvier, *de Incarnatione.*) Sed intercessio B. M. illud habet singulare præ invocatione aliorum sanctorum, nempe 1^o quod nobis impetrat collationem omnium gratiarum quas nobis concedit Deus; 2^o quod adeo sit potens et efficax, ut ipsi oranti nihil deneget Deus, quod evolveamus per duplarem propositionem.

gratiæ et gloriæ non tantum hominibus, sed etiam angelis; et nemo non videt quanta inde gloria huic alma Virgini oriatur, cum omnes electi sive inter homines, sive inter angelos, per Ipsam aliquo modo suam æternam salutem consecuti fuerint. Hanc doctrinam aperte profitetur S. Ligorius : « On sait combien ce titre de médiatrice est fréquemment donné à Marie par les saints Pères et par les théologiens, parce qu'elle a obtenu le salut à tout le genre humain par sa puissante intercession et par un mérite de congruité, en procurant au monde perdu le bienfait de la rédemption. » Et infra : « Marie fut donc médiatrice des hommes, dira-t-on; mais comment peut-on l'appeler médiatrice des anges? Plusieurs théologiens (Suarez, ut dixi supra) assurent que Jésus-Christ mérita même aux anges la grâce de la persévération : ainsi, comme Jésus-Christ fut leur médiateur de condigno, on peut dire aussi que Marie a été leur médiaterice de congruo, puisqu'elle a accéléré par ses prières la venue du Rédempteur. C'est pourquoi Richard de Saint-Victor dit : « Utraque creatura per hanc reparatur, et angelorum ruina per hanc restaurata est, et naturæ humana reconciliata. » (*In Cant. iv.*) Et S. Anselme avait déjà dit : Cuncta, per hanc Virginem, in statum pristinum revocata sunt et restaurata. »

PROPOSITIO PRIMA

DEUS CONCEDIT OMNES GRATIAS ACTUALES OB IMPETRATIONEM B. MARIE, ADEO UT NULLA SIT ALICUI CONCESSA QUÆ EX EJUS ORATIONE ALIQUO MODO NON PROCEDAT. — EST SENTENTIA COMMUNIS.

Ita S. Ligorius cum multis aliis auctoribus contra quosdam. Sic se habet S. Ligorius : « Ce sentiment est suivi par Vega, Mendoza, Paciuchelli, Segneri, Poiret, Crasset, et un nombre infini d'autres savants auteurs, sans en excepter le P. Noël, auteur du reste si réservé dans ses propositions. C'est encore le sentiment de Contenson¹. » — His adde illustrissimum Bossuetum, cuius testimonium profremus.

Dixi in propositione, quæ aliquo modo ex ejus oratione non procedat: namque gratiæ actuales quæ nobis conferuntur ex regula fixa ac determinata ob suscepta sacramenta, juxta uniuscujusque dispositiones, non directe et proxime pendent ab orationibus B. Mariæ, sed indirecte tantum et remote, in eo sensu quod nobis obtineat dispositiones ad sacramenta rite suscipienda.

Prob. Illa propositio prorsus admittenda est quæ 1^o innititur traditione; 2^o ex pluribus rationibus theologicis evincitur. Atqui talis est nostra propositio. Ergo...

Et 1^o *Innititur traditione.* Hæc est enim doctrina

¹ Conf. S. Ligorium (*Paraph. du Salve Regina*), ubi directe impugnat auctorem coævum, qui huic piæ sententiæ admittendæ repugnabat; eamdem propositionem propugnat in opere cui titulus : *Réponse à un anonyme.*

tum SS. Patrum, tum omnium auctorum sive theologorum, sive asceticorum. Et 1^o SS. Patrum. Alii docuere *in Christo fuisse plenitudinem gratiæ sicut in capite influente, in Maria vero sicut in collo transfundente*, alii *Deum nihil nos habere voluisse quod per Mariæ manus non transiret, nullum posse cœlum intrare nisi per Mariam transeat tanquam per portam*. Quidam demum *nullam creaturam aliquam a Deo obtinuisse gratiam, nisi secundum Ipsius pīx Matris dispensationem. Omnia bona quæ Deus decrevit facere, manibus B. M. decrevisse commendare*. Exinde sic argumentari licet. Hæc verba SS. Patrum sensu obvio accepta satis aperte evincunt nostram propositionem, sed sensu obvio sumenda sunt nec debent ad sensum metaphoricum seu alienum detorqueri. Ergo... *Prob. antec.* Miræ congruentiae et validissimæ rationes huic interpretationi suffragantur, et aliunde *nihil* obstat quominus illa verba sensu obvio accipiuntur, ut ostendemus in solutione difficultatum. *Nec dicas* has locutiones esse hyperbolicas, ut volunt quidam, quoties enim hyperbole loquuntur SS. Patres, semper hyperbola detegi potest vel ex contextu vel e materia subtracta, quod non existit in præsenti quæstione (i).

2^o Constat ex innumeris testimoniis fere omnium auctorum, sive theologorum, sive asceticorum. — Et 1^o Suarez hanc doctrinam amplectitur, ubi docet (*disput. xviii, sect. iv*) B. Virginem participare dignitatem et excellentiam gratiæ Christi. Atqui Christus dicitur habere gratiam capitum, quia est fons omnium gratiarum quæ aliis conceduntur. Ergo et B. Mariæ hæc gratiæ plenitudo concedenda est. — 2^o Contenson,

explicans illa verba Christi ad Joannem : *Ecce Mater tua*, hæc habet : « Quasi diceret : Nullus sanguinis « mei particeps erit nisi intercessione Matris meæ. « Vulnera gratiarum fontes sunt, sed ad nullos de- « rivabuntur rivi nisi per Mariæ canalem; Joannes « discipule, tantum a me amaberis quantum eam ama- « veris. » — Carthagena explicite docet eamdem sententiam (loco jam citato). Ipsam Virginem comparat Esther : « Et quemadmodum, inquit, Assuerus dixit « reginæ : *Si dimidiam partem regni mei petieris*, « *impetrabis*, ita B. Virgini, non verbis, sed reipsa « dimidium sui regni Christus Dominus impertivit. « Etenim ex *justitia* et *misericordia* roboratur re- « gnum Dei, ut David testatur (*Ps. 6*) : *Quia potestas* « *Dei est, et tibi Domine misericordia*; ex his autem « Deus reservans sibi *justitiam misericordiam Vir-* « *gini communicavit.* » Ita ille. — Navarrinus idem late probat (cap. 46 et 47). His auctoritatibus adde auctoritatem ipsiusmet Ecclesiæ, quæ in suis precibus liturgicis valde insinuat illam sententiam. Ipsi enim Virgini applicat illa verba (*Eccli. xxiv. 2*) : *In me omnis spes vitæ et virtutis*; et iterum : *In me gratia omnis viæ et veritatis*; et hæc verba (*Prov. viii. 35*) : *Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.* — Item in hymno *Salve Regina* Ipsam vocat *vitam, spem nostram*; ab ea postulat ostendi sibi Christum Dominum in gloria triumphantem : *Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.*

2^o Suadetur rationibus theologicis. — Prima hæc est : Hæc doctrina non repugnat et aliunde magis consentanea videtur tum dignitati matris, tum ordini

consueto Providentiæ quæ solet hominibus per causas secundas providere. Ergo... — *Ratio secunda*: Gloriosa Virgo, juxta S. Augustinum, cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur; ergo convenit ut per Ipsam omnes in cœlum ducantur. — *Ratio tertia*: Cum Deus nobis semel dederit Christum fontem gratiæ par Mariam, hinc maxime convenit ipsum has gratias nobis per Mariam distribuere; quod sic eloquenter vertit doctissimus Bossuetius : « Je ne vous tairai pas, dit-il, une conséquence de la maternité de Marie, que peut-être vous n'avez pas assez méritée : c'est que Dieu ayant voulu une fois nous donner Jésus-Christ par la sainte Vierge, cet ordre ne se change plus, et les dons de Dieu sont sans répitance. Il est et sera toujours véritable, qu'ayant reçu par elle une fois le principe universel de la grâce, nous en recevons encore par son entremise les diverses applications dans tous les états différents qui composent la vie chrétienne. Sa charité maternelle, qui fait naître, dit saint Augustin, les enfants de l'Église, ayant tant contribué à notre salut dans le mystère de l'Incarnation qui est le principe universel de la grâce, elle y contribuera éternellement dans toutes les autres opérations qui n'en sont que des dépendances. » (Bossuet, 4^e sermon sur l'Annonciation.) Aug. Nicolas (*Plan divin*, vol. I, lib. III, chap. v) optime evolut hanc sententiam, quam rigorose demonstrari posse contendit : « Personne ne conteste, dit-il, que donner le principe universel de la grâce, être mère de son Auteur, ne soit plus que d'être le canal dérivateur de la grâce et médiatrice de sa dispensation. Or, dans les opé-

« rations d'une parfaite sagesse, le plus emporte le moins ; refuser ce moins, ce serait retirer ce qui aurait déjà été accordé dans le plus, ce qui répugne à la notion de l'ordre ; » puis il conclut ainsi : « Le fleuve de la grâce, versé du sein profond du Père céleste dans l'humble sein de Marie, en jaillit comme d'une fontaine publique jusqu'à la hauteur de sa source, et retombe dans son âme virginal qu'il remplit la première au-dessus de toutes les créatures, et d'où, débordant sur nous, il va porter ensuite l'esprit de vie dans tout le corps de l'Église. »

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies 1^o : Si res ita se habet, id est, si per B. Mariam omnia dona gratiæ dispensantur, jam inutile est Deum orare, præsertim sanctos, cum numquam orationi sanctorum, sed tantum orationibus B. M. concedat gratias Deus. — *Respondeo ad 1^{um}* : Falsum consequens, quia 1^o adest præceptum Deum tanquam ultimum finem adorandi, ipsum deprecandi, ipsi cultum tum internum tum externum reddendi. Aliunde Deus est fons principalis et primarius omnium gratiarum, et B. Maria non nisi dependenter a Deo gratias dispensat. — *Ad 2^{um} Dico* : Item falsum esse consequens; quia sancti quos directe deprecamus possunt in auxilium nostrum gloriosam Virginem invocare. Et ideo Suarez (disput. xxiiii, sect. iii) non dubitat docere quod quidquid alii sancti impetrant, illud per B. Mariam consequantur.

Insistes 2^o : Sed ex illa doctrina aliud absurdum consectorium oriri videtur: nempe quod Deus ipse

Virgini subjiciatur, ita ut, quando directe oratur ab aliquo homine, ipsi directe non potest concedere gratiam, sed antea tenetur obtinere ut B. V. pro ipso deprecetur; alias hæc gratia per manus B. M. non transiret, quod est contra propositionem.— *Respondeo:* Hæc difficultas plus est in imaginatione quam in re, et parum solida. Itaque ad hanc solvendam, sufficit supponere B. Mariam fuisse constitutam tanquam medium per quod omnes gratiæ hominibus dispensantur, et ita statim evanescit objectio. Namque, quando quis directe Deum deprecatur et Deus vult illi concedere gratiam, Deus hanc orationem manifestat Virgini cum intentione ipsam exaudiendi si per Mariam ipsi præsentatur, et statim B. Virgo deprecatur Deum, et ita gratia intuitu precum ejus conceditur. Vel adhuc supponi potest B. V. ad instar Christi semper interpellare et orare pro omnibus hominibus; et quando Deus aliquam concedit gratiam, semper ipsam intendit concedere intuitu precum B. Mariæ, quemadmodum semper ipsam concedit intuitu meritorum Christi. Uno verbo, Deus nullam concedit gratiam nisi 1º intuitu meritorum Christi, et 2º intuitu precum B. Mariæ, quæ semper et incessanter interpellat pro salute omnium.

PROPOSITIO SECUNDA

INTERCESSIO B. MARIE ADEO EST EFFICAX ET OMNIPOTENS, UT IPSI POSTULANTI NIHIL DENEGET DEUS EORUM QUÆ CONCEDERE POTEST DE POTENTIA ORDINARIA.

Dixi: de potentia ordinaria, id est quidquid Deus concedere potest in ordine præsenti, seu positis de-

cretis quibus vult homines salvari, ipsis nempe ad suam salutem consequendam juxta quasdam regulas concurrentibus; sed inde non minuitur potentia gloriosæ Virginis: Ipsa enim cum sit sapientissima, nec Dei decreta nesciat, nonnisi quæ Deus hoc modo concedere potest postulat.

Prob. 1º ex auctoritate Patrum et Doctorum. — Et 1º sanctus Anselmus ait: « Quod possunt omnes isti « (Sancti) tecum, tu potes sine illis omnibus. » — S. Bernardinus Senensis: « Imperio Virginis omnia « famulantur, etiam Deus; id velis tu, et omnia « fient. » — S. Antoninus: Oratio Deiparae habet « rationem imperii, unde impossibile est eam non « exaudiri. » — Albertus Magnus hæc verba in ore B. M. supponit: « Roganda sum ut velim, quia si « volo, necesse est fieri. » Petrus Damianus (*serm. de Nativ.*): « Quomodo enim illa potestas potentiae tuæ « poterit obviare, quæ de carne tua carnis suscepit « originem? Accedis enim ad illud aureum reconciliacionis humanæ altare, non solum rogans, sed « etiam imperans, *Domina, non ancilla.* » — D. Bernardus (*serm. de Matern. Mariæ*): « Ad Mariam re- « curre, exaudiatur et ipsa pro reverentia sua: exau- « diet utique Matrem Filius, et exaudiens Filium Pater. « Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima « fiducia, hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Po- « testne Filius aut repellere aut sustinere repulsam? « Non audire aut non audiri Filius potest? Neutrum « plane. » — Richardus a S. Laurentio (*lib. IV, de Laudibus Virginis*): « Cum autem eadem sit potestas « Filii ac Matris, ab omnipotente Filio omnipotens « Mater facta est. » — S. Germanus sic loquitur ad

Mariam : « Tu autem materna in Deum auctoritate
 « pollens, etiam iis qui enormiter peccant eximiam
 « remissionis gratiam concilias; non enim potes non
 « exaudiri, cum Deus tibi ut veræ et intemeratæ ma-
 « tri in omnibus morem gerat. — Gregorius Nico-
 « mediensis (*de Oblat. Deiparæ*) sic potentiam ejus
 extollit : « Habes, ait, vires insuperabiles, robur
 « inexpugnabile, ne immensam tuam clementiam su-
 « peret multitudine peccatorum. Nihil tuæ resistit
 « potentiae, nihil tuis repugnat viribus, omnia cadunt
 « tuo jussu, omnia tuo obediunt imperio, omnia tuæ
 « potestati serviunt. Te omnibus operibus suis reddit
 « excelsiorem, qui est ex te natus. » Et infra : « Tuam
 « enim gloriam Creator existimat esse propriam, et
 « tanquam Filius in ea exultans, quasi exsolvens de-
 « bitum, implet petitiones tuas. — Et S. Antoninus :
 « Oratio Deiparæ erat modus nobilissimus orandi,
 « tum quia habebat orationem jussionis et imperii,
 « tum quia impossibile erat eam non exaudiri, juxta
 « id quod in figura ejus dixit Salomon matri sueæ
 « Bethsabeæ, cum aliquid petere vellet : *Pete, inquit,*
 « *mater mea, neque enim fas est ut avertam faciem*
 « *meam.* »

Ita sentiunt Carthagena (loco citato), Miechoviensis :
 « Plus posset, inquit, unum B. Mariæ suspirium
 « quam omnium sanctorum simul suffragia. » Suarez in hanc sententiam propendere videtur cum docet
 preces B. Mariæ plus habere efficaciam apud Deum
 quam orationes omnium sanctorum collective sumptæ
 (Disput. XXIII, sect. iv. versus finem)¹.

¹ Grignon de Montfort (1^{re} part., § 2) : « Elle est si puissante,
 que jamais elle n'a été refusée dans ses demandes; elle n'a qu'à

2^o *Confirmatur ex rationibus theologicis.*

1^o Probavimus B. M. habere dominium in omnia bona Dei et in omnes creaturas, insuper jus quoddam ad obedientiam Christi. Atqui doctrina quam nunc propugnamus est corollarium utriusque juris B. M. Ergo intercessio B. M. est efficax et omnipotens, nam auctoritas matris respectu filii etiam in patria perseverare videtur. Unde Bourdaloue : (*Sermon sur la dévolution à la sainte Vierge, 2^e partie*). « Nous persuadons-nous que Dieu en la glorifiant ait tellement borné son pouvoir, qu'elle ne soit plus en état de nous en faire sentir les salutaires effets? Mais n'est-ce pas toujours la mère de ce Dieu sauveur qu'elle a donné au monde et qui lui fut si soumis? Est-ce en recevant la récompense de ses mérites qu'elle a perdu ses plus beaux droits? et si ce fils adorable qu'elle porta dans son sein a fait pour elle des miracles sur la terre, que lui refusera-t-il dans le Ciel? C'est ainsi que les Pères ont raisonné et c'est là-dessus qu'ils se sont fondés pour nous exhorte, dans des termes si énergiques et si forts, à réclamer sans cesse la mère de Dieu. » — Idem probat Contenson.

SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Objicies 1^o Billuart (*de Religione*, dissert. II, art. 4, Appendix, R. 2^o), contendit orationes expressas sanc-

se montrer devant son Fils pour le prier, aussitôt il accorde, aussitôt il reçoit; il est toujours amoureusement vaincu par les mamelles, les entrailles et les prières de sa très chère Mère.

Tout ceci est tiré de saint Bernard et de saint Bonaventure.

Sed præstet conf. S. Ligor. (*Paraphr. du Salve Regina*, chap. vi.)

torum semper exaudiri, quia suis votis nil petunt aut volunt, nisi quod Deus vult. Quod si res ita se habeat, jam inutile prorsus est probare modo speciali orationes B. Mariæ esse omnino efficaces: non sunt enim efficaciores quam orationes aliorum sanctorum. Ergo...

Resp. 1º Hæc opinio Billuart rejicienda videtur: gratis supponit omnes sanctos semper in Deo videre utrum suæ orationes sint exaudiendæ; potest Deus ipsis non detegere omnia sua decreta, et aliunde contendit Suarez preces sanctorum non semper exaudiri (*De Virt. Religionis, De oratione in communi, cap. xi.*). — *Resp. 2º* Etiam admissa sententia Billuart, non inde evertitur nostra propositio, namque dici potest B. M. in Deo videre omnes gratias quas de potentia ordinaria Deus concedere potest Ipsi precanti concedendas esse. Sanctis autem illud privilegium denegatur.

Dices 2º: Ex tota illa doctrina sequi videtur quod melius sit et utilius invocare B. V. quam directe Salvatorem nostrum. Sed conclusio repugnare videtur. Ergo... — *Resp.* Etiamsi admittatur antecedens, non inde sequitur quod non debeamus Christum invocare, ut jam diximus; sed conclusio non ita repugnat: non inde supponitur Mater potentior Filio, totum enim quod Maria habet acceptum Filio refert. Majora miracula Apostoli fecerunt quam ipse Dominus ac Salvator: numquid inde potentiores, numquid supra Christum? Unde S. Anselmus (*lib. de Exult. Virg., cap. vi*): « Velocior est nonnunquam salus, memorato nomine Mariæ, quam invocato nomine Jesu unici filii sui. » Et id quidem non ideo fit quod ipsa major et potenter eo sit; non enim ipse magnus et potens est per ipsam, sed ipsa per ipsum, quia Filius ejus Domi-

« nus et Judex est omnium, discernens merita singulorum. Cum igitur ipse a quovis suo nomine invocatus, non statim exaudit, profecto id justè facit: invocato autem nomine Mariæ, etsi merita invocantis non merentur ut exaudiatur, merita tamen Mariæ intercedunt ut exaudiatur. » En ratio hujus velocioris et promptioris exauditionis, scilicet merita B. Mariæ. Ergo...

QUÆRITUR utrum B. M. in celo regnans stricte oret ad gratias dispensandas, vele contra, has gratias dispensare queat pro libitu suo absque necessitate orandi.

Ad solutionem quæsiti prænotandum est jam existere quæstionem inter theologos, utrum scilicet Christus stricte oret vel non. (Conf. Suarez, vol. I, *de Incarn.*, dissert. xx, art. 2; — Vasquez, disput. LXXXII, cap. II). Sed, quidquid sit de illa controversia, admittendum est, ut observat Lugo (*de Incarnat.*, disp. xxvii, sect. iv, ad finem), humanitatem Christi gratias non dispensare independenter a Deo: unde, quando vult Christus quod detur gratia Petro. v. g., non potest hanc voluntatem executioni mandare, nisi repræsentet eam Deo; Christus enim secundum humanitatem non causat physice illam gratiam Petri, sed tantum moraliter, scilicet movendo Deum ut gratiam producat. Sed tamen, pergit Lugo, dubium esse potest de modo loquendi, an hæc repræsentatio dicenda sit postulatio vel oratio, quia oratio non supponit plenam potestatem, imo illam aliquo modo excludit, non ita postulatio; et præfert hanc repræsentationem apud Christum vocari postulationem quia Ecclesia apud Christum supponit plenam potestatem ipsum invocando: *Miserere nobis*. His præsuppositis, quæstio esse potest

utrum repræsentatio nostrarum miseriarum apud Deum facta a B. V., in ordine ad auxilia impetranda, spectanda sit tanquam oratio stricta, vel e contra ut postulatio sensu explicato. — Modus ipsam invocandi in Ecclesia supponere videtur B. M. stricte orare; non repugnaret tamen dicere Ipsam postulare, quia censemur habere plenam potestatem, ex eo quod nihil ipsi deneget Deus. *Huic concinunt locutiones Patrum qui Mariam vocant gratiarum dispensatricem, thesaurem, et apud ipsam supponunt adesse plenam omnium gratiarum oecconomiam.* Ideo sic loquitur P. Galifet (*Opuscule. Dévolution à la sainte Vierge*): « Et remarquez, dit-il, que l'Église demande ces grâces à « Marie d'une manière bien différente de celle dont « elle use à l'égard des autres saints, car elle les demande à Marie comme à la dispensatrice de ces grâces, comme les ayant entre les mains. A l'égard des autres saints, l'Église use d'ordinaire de ces mots: *Priez pour nous, intercédez pour nous; à l'égard de Marie, souvent elle lui dit: Donnez-nous, sauvez-nous.* »

ARTICULUS SECUNDUS

DE OFFICIO MATRIS.

Nihil, in omnium fidelium sermone, magis est usitatum quam Mariam vocare Matrem. Nobis proponimus probare hunc titulum quem almæ Virginis tribuimus, esse titulum realem ac ipsi revera debitum. Itaque quæremus utrum B. Maria revera sit nostra Mater, et quonam sensu hoc nomine appellari queat.

QUÆRITUR 1º *Utrum B. Maria revera sit nostra Mater?*

Ad hanc quæstionem *Respondeo affirm.*, et statui potest sequens.

PROPOSITIO

BEATA VIRGO EST MATER CHRISTIANORUM IN ORDINE SUPERNATURALI

Dico *Christianorum et in ordine supernaturali*, quia, ut patebit ex dicendis, non sumus filii Mariæ, nisi quatenus pertinemus ad Christum; jam vero ad Christum non pertinent nisi fideles; itaque infideles nonnisi remote ac radicaliter tanquam filii Mariæ habendi sunt, scilicet in quantum habent potestatem filios Dei fieri per baptismum.

Prob. Hæc propositio admittenda est quæ constat 1º ex Scriptura, 2º ex universal traditione, 3º demum variis rationibus suadetur. Atqui talis est nostra propositio. Ergo...

Et 1º constat ex his verbis Christi in cruce pendentis et S. Joannem alloquentis « Ecce Mater tua. » Unde sic: His verbis instituit Christus S. Joannem filium Mariæ, saltem aliquo sensu. Atqui in hac circumstantia S. Joannes omnium christianorum vices gerebat, adeo ut illud donum haud fuerit discipulo singulare, sed omnibus commune. *Prob. min.* Juxta regulam tum a SS. Patribus tum a doctoribus traditam, verba et facta Scripturæ tam in novo quam in veteri Testamento sæpe sæpius duplēm præbent sensum æqualiter a Spiritu sancto intentum, unum nempe litteralem, quem verba per se demonstrant, et alterum spiritualem, quem res litteraliter significatæ vicissim significant; sed præsertim duplex ille

utrum repræsentatio nostrarum miseriarum apud Deum facta a B. V., in ordine ad auxilia impetranda, spectanda sit tanquam oratio stricta, vel e contra ut postulatio sensu explicato. — Modus ipsam invocandi in Ecclesia supponere videtur B. M. stricte orare; non repugnaret tamen dicere Ipsam postulare, quia censemur habere plenam potestatem, ex eo quod nihil ipsi deneget Deus. *Huic concinunt locutiones Patrum qui Mariam vocant gratiarum dispensatricem, thesaurem, et apud ipsam supponunt adesse plenam omnium gratiarum oecconomiam.* Ideo sic loquitur P. Galifet (*Opuscule. Dévolution à la sainte Vierge*): « Et remarquez, dit-il, que l'Église demande ces grâces à « Marie d'une manière bien différente de celle dont « elle use à l'égard des autres saints, car elle les demande à Marie comme à la dispensatrice de ces grâces, comme les ayant entre les mains. A l'égard des autres saints, l'Église use d'ordinaire de ces mots: *Priez pour nous, intercédez pour nous; à l'égard de Marie, souvent elle lui dit: Donnez-nous, sauvez-nous.* »

ARTICULUS SECUNDUS

DE OFFICIO MATRIS.

Nihil, in omnium fidelium sermone, magis est usitatum quam Mariam vocare Matrem. Nobis proponimus probare hunc titulum quem almæ Virginis tribuimus, esse titulum realem ac ipsi revera debitum. Itaque quæremus utrum B. Maria revera sit nostra Mater, et quonam sensu hoc nomine appellari queat.

QUÆRITUR 1º *Utrum B. Maria revera sit nostra Mater?*

Ad hanc quæstionem *Respondeo affirm.*, et statui potest sequens.

PROPOSITIO

BEATA VIRGO EST MATER CHRISTIANORUM IN ORDINE SUPERNATURALI

Dico *Christianorum et in ordine supernaturali*, quia, ut patebit ex dicendis, non sumus filii Mariæ, nisi quatenus pertinemus ad Christum; jam vero ad Christum non pertinent nisi fideles; itaque infideles nonnisi remote ac radicaliter tanquam filii Mariæ habendi sunt, scilicet in quantum habent potestatem filios Dei fieri per baptismum.

Prob. Hæc propositio admittenda est quæ constat 1º ex Scriptura, 2º ex universal traditione, 3º demum variis rationibus suadetur. Atqui talis est nostra propositio. Ergo...

Et 1º constat ex his verbis Christi in cruce pendentis et S. Joannem alloquentis « Ecce Mater tua. » Unde sic: His verbis instituit Christus S. Joannem filium Mariæ, saltem aliquo sensu. Atqui in hac circumstantia S. Joannes omnium christianorum vices gerebat, adeo ut illud donum haud fuerit discipulo singulare, sed omnibus commune. *Prob. min.* Juxta regulam tum a SS. Patribus tum a doctoribus traditam, verba et facta Scripturæ tam in novo quam in veteri Testamento sæpe sæpius duplēm præbent sensum æqualiter a Spiritu sancto intentum, unum nempe litteralem, quem verba per se demonstrant, et alterum spiritualem, quem res litteraliter significatæ vicissim significant; sed præsertim duplex ille

sensus admittendus est quando vel circumstantiæ, vel verba adhibita, vel materia substrata illud postulant. Ita S. Augustinus et S. Thomas¹. Atqui in præsenti casu et materia substrata et circumstantiæ expostulare videntur hæc verba Christi juxta sensum litteralem quidem ad solum Joannem referri, juxta vero sensum spiritualem ad omnes christianos. Ille enim sensus longe conformior videtur officio Redemptoris quod tunc præsertim Christus adimplebat. Unde P. Ventura : « Si l'on considère l'auguste fonction, la noble charge que le Fils de Dieu avait à remplir au moment de sa mort, on comprendra qu'il ne pouvait un seul instant s'entretenir que de son disciple et de sa Mère, sans descendre en quelque sorte de la hauteur de son rang, de la sublimité de sa position de personnage public, de victime universelle, sans altérer la perfection, l'intégrité de son offrande, dans laquelle tout ce qui lui était propre et personnel nous était sacrifié, dévolu et transmis. Le disciple a dû par là même représenter tous les vrais croyants, tout comme, selon l'énergique expression de S. Paul, les bourreaux représentaient tous les pécheurs, et le bon larron tous les vrais pénitents. C'est ainsi que nous avons dû nous trouver compris dans l'adoption de saint Jean. Cette dernière disposition n'est plus alors seulement un acte du Fils unique de Marie, du Maître privé de S. Jean, mais bien un acte du Sauveur universel du genre humain, un acte digne du Personnage

¹ « Dominus noster Jesus Christus quæ faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi. » (S. Augustinus). — « Cum in omnibus scientiis voces significant res, hoc habet proprium scientia scripturæ sacræ, quod ipsæ res significatæ per voces significant aliquid. » (S. Thomas.)

qui l'accomplit, digne du temps et du lieu qui le voient s'accomplir (*j.*). Tout ceci se confirme encore mieux par la conduite constante du Fils de Dieu à l'égard de sa Mère, pendant tout le cours de sa vie mortelle. » Deinde probat idem auctor, quomodo ipsam verba a Christo in hac circumstantia adhibita, aliquo modo sensum quem exponimus insinuent. (*Ventura, Marie, mère de Dieu, mère des hommes, chap. vi.*)

Præterea, hæc interpretatio confirmatur ex auctoritate Patrum, qui eumdem textum eodem modo intellexerunt. S. Bernardinus : « In Joanne intelligimus « omnes quorum B. V. per dilectionem facta est « mater » (Conf. S. Lig., *Paraphr. du Salve Regina*, § 2.).¹

2º *Prob. ex traditione.* — Ille titulus spectandus est tanquam realis et non tantum mere metaphoricus aut hyperbolicus, quo gloriosa Virgo insignita fuit ab om-

¹ De Rhodes (quæst. 1, sect. 1, § 2). — Cornelius a Lapide (*Comment. in Joannem*, cap. xix). — Bossuetius (*Serm. sur le Rosaire*) ita explicat hæc verba : « Femme, dit-il, voilà votre fils. Et ne vous persuadez pas qu'il regarde saint Jean en ce lieu comme un homme particulier : tous ses disciples l'ont abandonné, et son Père ne conduit au pied de sa croix que le bien-aimé de son cœur ; tellement que dans ce débris de son Église, saint Jean, qui est le seul qui lui reste, lui représente tous ses fidèles et toute l'universalité des enfants de Dieu. C'est donc, tout le peuple nouveau, c'est toute la société de l'Église que Jésus recommande à la sainte Vierge en la personne de ce cher disciple ; et, par cette divine parole, elle devient non seulement mère de saint Jean, mais encore de tous les fidèles. Et par là ne voyez-vous pas, selon la pensée de saint Éphipane, que la bienheureuse Marie est l'Ève de la nouvelle alliance et la Mère de tous les vivants, unie spirituellement au nouvel Adam pour être la mère de tous les élus ? »

nibus Patribus, ab Ecclesia in precibus liturgicis, a conciliis, ab omnibus prædicatoribus, auctoribus piis, fidelibus, in omnibus retro sæculis; vel dicendum est nullum dari medium discernendi veram et accuratam doctrinam ab hyperbolis et piis exaggerationibus. Porro res ita se habet relative ad titulum Matris, quem Christiani universaliter gloriosæ Virgini decernunt. Ergo... *Prob. minor*, ex omnibus monumentis traditionis, et ex innumeris testimoniosis tum Patrum, tum omnium auctorum. Sic loquitur S. Bonaventura: « Duo filii Mariæ sunt, homo Deus et homo purus; « unius corporaliter et alterius spiritualiter mater est « Maria. » Et Origenes: De quolibet dici Mariæ potest: *Ecce filius tuus.* » Et S. Athanasius: « Decet « te Matrem regeneratricem nominare. » S. Augustinus (*de Virg.*, cap. vi): « Illa spiritu Mater est mem- « brorum Salvatoris, quia cooperata est caritate ut « fidele in Ecclesia nascerentur. » S. Ambrosius (*de Inst. Virg.*): « Unum granum frumenti fuit in utero « Virginis Christus Dominus, et tamen acervus tritici « dicitur; quia granum hoc virtute continet omnes « electos, ut ipse sit primogenitus in multis fratri- « bus. » Et S. Gulielmus abbas (*In Cant. iv, 15*): « In illo uno fructu, in uno Salvatore omnium Jesu, « plurimos Maria peperit ad salutem. Pariendo vitam « multos peperit ad vitam. »

3º Suadetur ex variis rationibus. — *Prima hæc est:* Deus Pater eodem actu generationis Verbum suum producit et mittit in mundum. Mittitur autem Verbum in sinu B. Virginis, veluti semen animarum. Hinc ait B. Petrus nos renatos ex semine incorruptibili quod est Verbum Dei. Ergo animæ ad vitam supernaturalem nas-

cuntur quasi ex Verbo Dei in sinu Mariæ temporali ge-
neratione seminato. Ergo est mater omnium viventium.

Secunda ratio hæc est. Illa vocari potest et est revera Mater nostra, quæ in ordine supernaturali erga nos omnia munia ac officia matris exercet. Atqui B. Virgo omnia officia matris in Christianos exercet, Ergo... *Prob. min.* Præcipua matris munera sunt filios gene-
rare, eorum curam gerere, eos amare, lactare, vestire, consolari, beneficiis cumulare, et omni studio educare. Sed B. Maria 1º nos generavit spiritualiter, seu saltem ad nostram generationem spiritualem efficaciter concurrit, non potuit enim esse Mater Salvatoris nostri Christi quin aliquo modo mater omnium electorum evaserit; namque Christus est vita nostrarum animarum: *Ego sum vita;* et alibi: *Ego sum vitis, vos palmites;* et item docet B. Paulus nos per baptismum in Christo contemplari. — Hanc nostram generationem spiritualem ex Maria extollunt SS. Patres. S. Augustinus (*lib. de S. Virginit.*): « Ac « per hoc, inquit, Maria non solum spiritu, verum « etiam corpore mater est et virgo. Mater quidem spi- « ritu non capitum nostri quod est ipse Salvator, sed « plane mater membrorum ejus quæ nos sumus, quia « cooperata est caritate sua ut fideles in Ecclesia nas- « cerentur, qui illius capitum membra sunt; corpore « vero mater est capitum nostri. » Unde juxta S. Doc-
torem, consonum omnino rationi est, ut quæ Mater caput edidit, eadem quoque membra pariat capiti co-
hærentia, et vitam illis spiritualem impertiat. S. Atha-
nasius (*serm. de Annuntiat.*): « Ac proinde nova ista « Eva mater vitæ appellatur, variegataque permanet, « ad primitias vitæ immortalis omnium viventium.

« Dicitur *variegata*, quia Salvatorem habens in utero,
 « illos etiam gerebat omnes quorum vitam continebat
 « *vita Salvatoris.* » Et ideo S. Ambrosius (*lib. de Inst. Virg., cap. xii*), loquens de B. Maria: « Venter tuus
 « sicut acervus tritici; quamvis enim unicum in Ma-
 « riæ utero granum fuerit, tamen de grano illo factus
 « est acervus. » Et S. Epiphanius (*serm. de Laudibus Deiparæ*): « Ipsa, inquit, est ager minime cultus quæ
 « Verbum *velut* granum frumenti suscipiens, etiam
 « manipulum germinavit. » Item constat ex S. Irenæo
 et aliis Patribus, a quibus Maria vocatur *Eva* correc-
tio: eo quod sicut per Evam mors in omnes propagata
 est, sic per Mariam vita omnibus conferatur. Et ideo
 S. Anselmus (*de excellentia Virginis, cap. ii*): « Beata
 « Dei Genitrix suis meritis cuncta reparando, Mater
 « est et Domina rerum; » quia scilicet redemptrix
 est hominum quos una cum Filio, etiam juxta cru-
 cem stans, in summis doloribus parturiit¹. — 2º Non
 solum B. Maria nos ad vitam spiritualem genuit, sed

¹ Plures alii sancti Patres de maternitate Mariæ respectu chris-
 tianorum ita loquuntur, ipsamque probant plane ex eo quod
 Maria ad nostram salutem procurandam cum Christo sit coope-
 rata. Sanctus Bernardinus (*tom. III, serm. 6, art. 2, cap. ii*)
 vult Mariam esse matrem nostram ex eo quod mysterio Incarna-
 tionis consenserit; unde ait: « Tunc omnium electorum salutem
 « ardentissime petuit ac procuravit, et ex tunc in suis visceribus
 « omnes bajulavit, tanquam verissima mater filios suos. » S. An-
 toninus (*4th part., tit. xii, cap. x*) ita loquitur: « Sicut Christus
 « nos genuit verbo veritatis ad esse gratiæ spirituale in cruce
 « patiendo, ita B. V. nos genuit et peperit in maximis doloribus
 « Filio compatiendo. » Albertus Magnus, explanans illa verba
 Isaïæ: *Parturivit Sion filios suos*, ait: « B. V., quæ speculabatur
 « mysterium passionis (Sion enim speculatio interpretatur), par-
 « turivit filios suos summe condolendo in passione Filii. »

et alia matris munia haud minus adimplevit ac quo-
 tidie adimplere non cessat: nostri curam gerit, quia
 nobis providet omnes gratias quæ sunt ad salutem
 necessariæ, nos tuetur contra incursus dæmonum, nos
 consolatur, et ideo vocatur *Consolatrix afflitorum*; nos
 amat, quia in via Domini nos dirigit, in tribu-
 lationibus et afflictionibus consolatur, in perplexitatibus
 instruit, sub protectionis suæ amplissimo pallio
 nos recipit ac fovet, pœnas quas Deus nobis juste pro
 peccatis minatur avertit. Ergo revera omnia munera
 matris exercet; ergo revera est nostra Mater. (Conf.
 de Rhodes, quæst. 1, sect. 1, § 2.)

Ratio tertia. — In ordine supernaturali facti sumus
 cohæredes Christi, et ipse omnium jurium suorum ac
 privilegiorum nos participes fecit. Atqui Christus non
 est tantum Filius naturalis Dei, sed et Filius natu-
 ralis Mariæ. Ergo sicut per Ipsum et in Ipso facti
 sumus filii Dei, fratres ejus, quia cum Ipso unum
 efficimur, concludendum est nos eodem modo fieri in
 Christo filios dilectissimos B. M. Ergo...

Ratio quarta. — Sicut Pater æternus sibi conso-
 ciaverat B. Mariam in generatione Filii sui naturalis,
 nempe Christi Salvatoris nostri, congruum erat ut
 Ipsam sibi consociaret in generatione filiorum adop-
 tionis quod fuse evolvit Bossuetius (*Sermon sur le Rosaire*): « Il nous faut entendre d'abord, dit-il, qu'il
 « y a deux fécondités; la première, dans la nature,
 « la seconde dans la charité... Et premièrement, re-
 « marquez que ces deux fécondités que nous avons
 « vues dans les créatures se trouvent en Dieu comme
 « dans leur source. La nature de Dieu est féconde;
 « son amour et sa charité l'est aussi. Je dis que sa

« nature est féconde, et c'est elle qui lui donne ce
 « Fils éternel qui est son image vivante. Mais si sa
 « fécondité naturelle a fait naître ce divin Fils dans
 « l'éternité, son amour lui en donne d'autres qu'il
 « adopte tous les jours dans le temps. C'est de là que
 « nous sommes nés, et c'est à cause de cet amour
 « que nous l'appelons notre Père ; par conséquent, le
 « Père céleste nous paraît doublement fécond. Mais
 « après que nous avons vu que ces deux fécondités
 « différentes sont en Dieu comme dans leur source,
 « voyons si nous pouvons découvrir qu'elles soient
 « communiquées à Marie. Et déjà il semble qu'elle
 « participe en quelque manière à la fécondité natu-
 « relle par laquelle le Père engendre son Fils...
 « Toutefois, ce n'est pas encore assez qu'elle soit
 « associée au Père éternel, comme Mère de son Fils
 « unique; Celui qui lui donne son propre Fils, qu'il
 « engendre par sa nature, lui refusera-t-il les enfants
 « qu'il adopte par sa charité?... Et c'est pour cela,
 « Chrétiens, que mon Évangile m'appelle au Calvaire:
 « c'est là que je vois la très sainte Vierge s'unissant
 « devant son cher Fils à l'amour fécond du Père
 « éternel... Non seulement le Père céleste joint à son
 « propre Fils des enfants qu'il adopte par miséri-
 « corde, mais il livre son propre Fils à la mort pour
 « faire naître les adoptifs. C'est ainsi que sa charité
 « est féconde... Il fallait que Marie se joignît à l'amour
 « du Père éternel, et que, pour sauver les pécheurs,
 « ils livrassent leur commun Fils d'un commun accord
 « au supplice. »

QUÆRITUR 2º Quonam sensu præcise B. Maria sit
 nostra Mater?

Notandum est 1º theologos cum Billuart (*de Incarnat*, dissert. xxi, art. 1) duplēm distinguere filiationem, nempe unam naturalem, alteram adoptivam. Filiatio naturalis definiri potest : « Origo viventis a vivente in similitudinem naturæ. » Filiatio adoptiva est imitatio secundum quid filiationis naturalis, et communiter a jurisperitis et theologis definitur: « Gratiæ tuta et liberalis assumptio personæ extraneæ ad hæreditatem. » Et hanc definitionem admittunt theologi, tam pro adoptione divina quam pro adoptione humana, cum hoc tamen discrimine quod Deus hominem quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad suam hæreditatem; homo autem non ita facit idoneum, sed supponit.

Notandum est 2º præter hanc generationem adoptivam, existere in ordine supernaturali quamdam generationem quæ non est stricte generatio naturalis sensu definito, quia non sumus ex substantia divina producti, sed tamen aliquid analogicum et quod suo modo videtur esse vera ac proprie dicta generatio. Constat illud tum ex eo quod per gratiam revera vitam supernaturem adipiscimur, ita ut nova vita vivamus, tum ex eo quod sive apud Scripturas, sive apud Patres et Doctores, hæc generatio spiritualis generationi naturali comparatur. Et ideo dicitur nos vivere per gratiam, mori per peccatum; dicimur generari, nasci, etc., qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, etc. Porro hæc omnia non supponunt generationem mere adoptivam, sed aliquid amplius¹. Hinc.

¹ In hoc sensu Paulus quos in Christo per caritatem genuerat, filios suos appellabat : *Filioli*, inquit, *quos iterum parturio*

Dico 1º B. Maria non est Mater Christianorum secundum generationem naturalem, ut per se patet, sed constat illam ad minus esse Matrem secundum ordinem adoptionis.

Prob. Non est gradus filiationis infra filiationem adoptivam et ex probatis B. Maria est vere mater saltem in aliquo gradu. Ergo...

Dico 2º: B. Maria non est tantummodo nostra Mater in sensu mere adoptionis, sed aliquid amplius.

Prob. Ex dictis in *Notandum* 2º generatio spiritualis in ordine gratiae est vera generatio, et generationi naturali omnino analogica. Jam vero in ordine spirituali B. Maria, nos ad vitam generavit, in quantum fieri potest, et vices implevit matris modo excellētissimo, prout explicant omnes SS. Patres, Doctores et Prædicatores, et explicare videtur Bossuetius in sermone de Rosario.

(Gal. iv, 19); et ad Philemonem scribens (v. 10): *Obsecro te pro filio meo Onesimo, quem genui in vinculis;* et I Corinth. (iv, 15): *In Christo Jesu per Evangelium vos genui.* Et ipse Bossuetius (*Serm. sur le Rosaire, 1er point*) ita explicat : « Après avoir supposé la fécondité naturelle, faisons voir, par les saintes Lettres, que non seulement la nature, mais encore que la charité est féconde. » Puis, après avoir écrit les paroles de l'apôtre saint Paul, il continue : « Ne voyez-vous pas, chrétiens, la fécondité merveilleuse de la charité de saint Paul?... Oui, cette charité maternelle qui se fait des enfants par sa tendresse, elle a des entrailles où elle les porte, elle a des mamelles qu'elle leur présente, elle a un lait qu'elle leur donne; et c'est ce qui fait dire à saint Augustin, que la charité est une mère : *Caritas mater est, etc. etc.* »

CAPUT II

DE OBSEQUIIS NOSTRIS ERGA DEIPARAM

Duplex præcipue obsequium erga Deiparam admplendum habemus, scilicet : 1º Ipsi cultum exhibere, 2º Ipsam invocare.

ARTICULUS PRIMUS

DE CULTU

QUÆRITUR *Quid sit cultus, et quotuplex distinguitur?*

Resp. 1º Cultus generatim sumptus est testificatio excellentiæ alterius, et propter illam nostræ erga eum submissionis.

Resp. 2º *Cultus religiosus* de quo solo hic agitur, ille est qui exhibetur alicui propter aliquam supernaturalem excellentiam, et propter excellentiæ diversitatem triplex est : nempe latriæ, duliaæ et hyperduliaæ.

— *Latria* est cultus qui soli Deo exhibetur propter infinitam ejus excellentiam, qua supremum in res omnes creatas habet dominium. Cultus latriæ, secundum communem usum, exprimitur per nomen *adorationis*. — *Dulia* est cultus qui sanctis exhibetur, propter eorum gratiæ et gloriæ supernaturalem perfectionem et excellentiam. — *Hyperdulia* est cultus qui soli B. M. V. exhibetur, propter eximiam ejus supra omnes alias creaturem præminentiam, ut dicetur infra; unde hic cultus mediat inter latriam et duliam.

QUÆRITUR *Utrum aliquis cultus sit B. M. exhibendus.*

Dico 1º B. Maria non est Mater Christianorum secundum generationem naturalem, ut per se patet, sed constat illam ad minus esse Matrem secundum ordinem adoptionis.

Prob. Non est gradus filiationis infra filiationem adoptivam et ex probatis B. Maria est vere mater saltem in aliquo gradu. Ergo...

Dico 2º: B. Maria non est tantummodo nostra Mater in sensu mere adoptionis, sed aliquid amplius.

Prob. Ex dictis in *Notandum* 2º generatio spiritualis in ordine gratiae est vera generatio, et generationi naturali omnino analogica. Jam vero in ordine spirituali B. Maria, nos ad vitam generavit, in quantum fieri potest, et vices implevit matris modo excellētissimo, prout explicant omnes SS. Patres, Doctores et Prædicatores, et explicare videtur Bossuetius in sermone de Rosario.

(Gal. iv, 19); et ad Philemonem scribens (v. 10): *Obsecro te pro filio meo Onesimo, quem genui in vinculis;* et I Corinth. (iv, 15): *In Christo Jesu per Evangelium vos genui.* Et ipse Bossuetius (*Serm. sur le Rosaire, 1er point*) ita explicat : « Après avoir supposé la fécondité naturelle, faisons voir, par les saintes Lettres, que non seulement la nature, mais encore que la charité est féconde. » Puis, après avoir écrit les paroles de l'apôtre saint Paul, il continue : « Ne voyez-vous pas, chrétiens, la fécondité merveilleuse de la charité de saint Paul?... Oui, cette charité maternelle qui se fait des enfants par sa tendresse, elle a des entrailles où elle les porte, elle a des mamelles qu'elle leur présente, elle a un lait qu'elle leur donne; et c'est ce qui fait dire à saint Augustin, que la charité est une mère : *Caritas mater est, etc. etc.* »

CAPUT II

DE OBSEQUIIS NOSTRIS ERGA DEIPARAM

Duplex præcipue obsequium erga Deiparam adimplendum habemus, scilicet : 1º Ipsi cultum exhibere, 2º Ipsam invocare.

ARTICULUS PRIMUS

DE CULTU

QUÆRITUR *Quid sit cultus, et quotuplex distinguitur?*

Resp. 1º Cultus generatim sumptus est testificatio excellentiæ alterius, et propter illam nostræ erga eum submissionis.

Resp. 2º *Cultus religiosus* de quo solo hic agitur, ille est qui exhibetur alicui propter aliquam supernaturalem excellentiam, et propter excellentiæ diversitatem triplex est : nempe latriæ, duliaæ et hyperduliaæ.

— *Latria* est cultus qui soli Deo exhibetur propter infinitam ejus excellentiam, qua supremum in res omnes creatas habet dominium. Cultus latriæ, secundum communem usum, exprimitur per nomen *adorationis*. — *Dulia* est cultus qui sanctis exhibetur, propter eorum gratiæ et gloriæ supernaturalem perfectionem et excellentiam. — *Hyperdulia* est cultus qui soli B. M. V. exhibetur, propter eximiam ejus supra omnes alias creaturem præminentiam, ut dicetur infra; unde hic cultus mediat inter latriam et duliam.

QUÆRITUR *Utrum aliquis cultus sit B. M. exhibendus.*

Dico : *B. Maria est aliquo cultu religioso colenda.*

Prob. 1º Est de fide, contra Lutheranos et Calvinistas. Ita enim fuit definitum in Conc. Trid. sess. 25, de *Invocatione sanctorum*.

Prob. 2º Fuse probant theologi variis argumentis, ex Scriptura et traditione depromptis, cultum sanctorum esse legitimum, imo et summe laudabilem. Porro, admissa legitimate hujusce cultus, primum est inferre B. Mariam esse præ cæteris omnibus aliquo cultu religioso honorandam. Ideo enim angeli et sancti honorantur, quia gratia sanctificante exornantur; sed in B. V. sanctitas ejusdem rationis et multo majoris perfectionis reperitur. Ergo...

Prob. 3º ex dignitate Matris Dei. — B. Virgo, Mater Dei est, et ad nostram redemtionem proxime concurrit, ergo habet jus quoddam et speciale dominium in omnes creaturas, ut probavimus in prima Parte. Porro omni dominium habenti debetur ab inferioribus aliquis cultus. Ergo Mater Dei ratione dignitatis specialiter colenda est. — Et confirmatur illud argumentum ex his verbis S. Damasceni : « Decet Matrem ea quæ Filii sunt possidere, et ab omnibus rebus adorari. »

Prob. 4º ex praxi Ecclesiæ. — Ad hanc praxim Ecclesiæ comprobandum ostendemus 1º hunc cultum omnia complecti sæcula; 2º praxi omnium sanctorum et personarum illustrissimarum commendari; 3º inter omnes gentes et in omnia mundi loca diffundi.

Iº Ostenditur hunc cultum omnia complecti sæcula. Statui posse videtur B. V. fuisse honoratam non tantum a tempore quo fuit translata in cœlum, sed etiam ab initio tum in Ecclesia triumphante, tum in Ecclesia militante. — Et 1º in Ecclesia triumphante. Quod

sic probat Suarez : « Sancti angeli a principio suæ creationis Christum fide cognoverunt, et a principio suæ beatitudinis eumdem in Verbo intuiti sunt, quia ad eorum statum maxime spectabat suum caput ac regem cognoscere. » (Ita S. Thomas, *Suppl.*, quæst. 18 et 19; et part. 1, quæst. 57 et 162); sed eodem modo ad eorum statum pertinebat cognoscere quænam esset futura eorum Domina ac Regina : et ideo admittendum videtur ipsos ab initio etiam B. V. Deiparam cognovisse. Atqui, hac cognitione Christi et Mariæ apud angelos ita ab initio supposita, inde sequitur quod sicut Christus vel fide creditus vel clare in Verbo visus statim adoratus est ab angelis, ita beatissima ejus Mater, statim ac angelis fuit cognita, ab eisdem ut Dei mater et omnium Domina fuit honorata. Ergo...

— 2º In Ecclesia militante. Ante Christi adventum, B. V. non fuit equidem cultu religioso honorata ab universa plebe quæ nonnisi confuse ac imperfecte Christum cognoscebat, sed a Sapientibus, Patriarchis et Prophetis, a quibus et præcognita fuit et prædicta, ut suffragantur plures SS. Patres. — Post Christi autem adventum, dum in vita mortali exstitit, a fidelibus omnibus qui illam cognoscebant in summo honore est habita, ut ex antiquis historiis constat; et demum, postquam in cœlum translata est, singulari cultu est ab universa Ecclesia celebrata, ut probat tota Ecclesiæ traditio. Ergo 1º cultus B. V. omnia complectitur sæcula.

IIº Hunc cultum sua praxi commendarunt omnes sancti et omnes personæ insignes. — 1º Non loquimur de angelis; etenim jam ostendimus angelos ab initio suæ beatitudinis vidisse in Verbo Matrem simul cum

Filio, saltem eo modo quo videri possunt futura, sicutque nullum fuisse instans in quo non laudaverint et amaverint Mariam ut Dominam et Reginam.—2º Apostoli omnes summo ac ardentissimo zelo Dei Matrem veneratisunt; unde haec verba Sophronii : « Omnes venerati sunt Mariam Apostoli, eique dilectionis affectu famulati. » Sane veniebant ad illam ut Magistrum, et ex S. Dionysio constat quanta cum veneratione ad ejus mortem convenerint. Mira in eam referuntur de singulis Apostolis¹. — 3º Doctores Ecclesiæ, Apostolos imitati, quantum tribuerint Virgini Deiparæ, testantur mirabilia eorum scripta : in Oriente Athanasius, Cyrillus, Chrysostomus, Basilius, quid dixerunt, vel potius quid de Maria Virgine non dixerunt? In Occidente, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Bernardus, Anselmus², quantum honorarunt Mariam! Mirabile esset omnino ac perjucundum singulorum audire oracula de Maria Virgine; sed haec referre

¹ S. Petrum, cum adhuc in Syria moraretur in Anteradensi civitate quæ nunc Tortosa dicitur, Deiparenti sacellum erexisse ex ære christianorum collato, tradunt gravissimi auctores, Jacobus de Vitriaco cardinalis, in sua Historia orientali, Thomas Valdensis, Raphael Volaterranus, ubi addit in eodem sacello sanctum Petrum primum sacrificasse. — Idem apostolus in sacrificio missæ primus commemorationem Virginis introduxit, ut constat ex liturgia latina seu romana quam B. Petri esse tradit S. Thomas (3^a part., quæst. LXXVIII, art. II, ad 5).

S. Jacobum quoque apostolum, Cæsaraugusta in Hispania erexisse templum Deiparenti auctores, Antonius Bacterus in Chronico Hispanæ, et alii testantur gravissimi historici.

S. Joannem apostolum sacrasse B. V. templum, testatur concilium Ephesinum in Epistola ad clerum Constantinopolitanum, ut resert Abdias in Vita B. Joannis apostoli. (Hæc reperiuntur in opere : *Discursus super Litaniæ Lauretanæ : Virgo veneranda discurs. ccxix.*)

vetant limites tractatus. Præterea sanctissimi omnes et maximi Pontifices mirabiliter honorarunt Deiparam, facientes magna in ejus cultum, exstrentes tempa insignia; denique, ad exaltandam Mariæ gloriam, non solum personæ privatæ, sed Ordines regulares specialiter suscepserunt Mariam laudibus et honore prosequendam, imo plures totos se addixerunt ejus obsequio et ab ea nomen suscepserunt.

IIIº Ille cultus inter omnia mundi loca diffunditur. — Etenim percurrentis eset orbis terrarum universus ut lustrarentur loca omnia in quibus celebratur nomen Mariæ; tempa videlicet in ejus honorem erecta nullibi non inveniuntur, estque tantus eorum numerus, ut auctores quibus cordi fuit recensere omnia quibus honorare possunt Mariam, satis habuerint illa loca enumerare quæ majorem quedam splendorem habent. Omnia vero dicere nemo adhuc tentare potuit; quia scilicet plena est omnis terra majestate nominis Mariæ, cuius gloriam sicut omnia sæcula viderunt, sic omnia etiam terræ loca celebrant.

Prob. 5º ex variis congruentiis. — Suadent hunc cultum variæ congruentiae.

Prob. Ex eo quod per hunc cultum magis ac magis obfirmatur et mire propagatur veritas christianaæ religionis. Etenim tota religio nititur mysterio Incarnationis; sed gloria Virgo coli non potest ut Mater Dei, quin inde Christus ut verus Deus simul et verus homo habeatur; quod sic evolvit P. Ventura (*Traité sur le culte de la sainte Vierge*, chap. v) : « La vraie foi consiste donc à croire que Notre-Seigneur Jésus-Christ, Fils de Dieu, est en même temps vrai Dieu

« et vrai homme. Or, la preuve que Jésus-Christ est Dieu, c'est qu'il est le fils consubstantiel de Dieu; car Dieu ne saurait avoir un Fils consubstantiel à lui sans que ce Fils soit Dieu lui aussi. La preuve qu'il est homme, c'est qu'il est le Fils consubstantiel de Marie; car nulle femme de l'humanité ne saurait avoir un fils consubstantiel à elle, sans que ce fils fût homme lui-même. Jésus-Christ n'est donc Dieu qu'en tant qu'il a été engendré de la substance du Père avant tous les siècles, et il n'est homme qu'en tant qu'il est né dans le siècle de la substance de sa mère. Par conséquent, n'étant Dieu que par sa filiation divine, et n'étant homme que par sa filiation humaine; de même qu'en adorant le Père éternel comme vrai Père de Jésus-Christ, nous confessons que Jésus-Christ est homme-Dieu : de même en invoquant Marie comme vraie mère de Jésus-Christ, nous confessons que Jésus-Christ est Dieu-homme; c'est-à-dire, nous confessons renfermés dans deux mots tout le Christianisme, toute la Religion. Enfin, la manière dont on prie exprime exactement ce que l'on croit : *Lex orandi, lex credendi.* Ainsi donc, en parlant à Marie dans le langage de l'Eglise, nous déclarons hautement notre foi, nous nous affirmons toujours davantage dans notre foi. »

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS SOLVUNTUR DIFFICULTATES

Dices: Ille cultus B. Mariæ non videtur in prioribus sæculis fuisse apud fideles valde diffusus et præsertim apud Apostolos; imo nusquam videmus Christum

Matrem suam laudasse ac commendasse : ergo non tanti aestimandus est ille cultus. — *Resp.* Negari potest prima pars *antecedentis*: nam ille cultus semper fuit in usu, ut antiquissima traditio testatur, sed etiamsi admitteretur, conclusio non esset legitima; potuerunt enim esse rationes speciales cur initio Ecclesiæ cum tanto splendore et tanta celebritate non fuerit proiectus ille cultus, sed magis occultus, et quasi in abscondito reclusus: Pagani enim et Philosophi facile hoc cultu abuti potuissent, et inde contra divinam religionem argumenta et difficultates deprimere. Ergo... Christi vero silentium plures rationes facile explicant. — Observat Suarez quod, ex tribus primis conciliis oecumenicis, primum congregatum fuerit ad divinitatem Filii salvandam, ac proinde Patris, Pater enim et Filius sese mutuo suppoununt; secundum ad divinitatem Spiritus sancti vindicandam; et tertium, nempe Ephesinum, ad dignitatem Matris Dei in B. Maria Virgine salvandam, quasi Ecclesia statim post tres personas divinas, nullum habuerit negotium majoris momenti quam hanc dignitatem definire.

QUÆRITUR Quænam sit species cultus qui B. Mariæ exhibetur?

Resp. Cultus B. Mariæ exhibitus, sive propter excellentiam gratiæ quam possidet, sive propter specialem Matris Dei dignitatem, non est cultus *latrīæ*, qui ad solum Deum pertinet propter infinitem ejus excellentiam, sed tantum cultus *dulīæ* qui creaturæ exhibetur propter aliquam ejus excellentiam. Attamen ille cultus B. M. debitus communiter a theologis vocatur cultus *hyperdulīæ*. Utrum vero cultus qui B. M. propter

dignitatem Matris Dei conceditur, sit diversæ naturæ et speciei ac ille qui ipsi propter excellentiam gratiæ exhibetur, sat subtiliter investigant theologi. Affirmat Suarez, et affert auctoritatem divi Thomæ (1^a 2^a. quæst. 103, art. 1, ad 2). Item affirmat Lugo (*de Incarnatione. disput.* xxxv, sect. ii, n° 31), et ratio horum auctorum est quia dignitas Matris Dei spectat ad ordinem unionis hypostaticæ.

VERITATIS

ARTICULUS SECUNDUS

DE INVOCATIONE B. MARIAE

QUÆRITUR 1^o *Utrum invocatio B. Mariæ sit licita?*

2^o *Utrum sit ad salutem necessaria?*

AD 1^{am} Resp. affirm. — Propositio est de fide. De fide est enim licitum esse invocare sanctos, ergo a fortiori licet invocare B. Mariam. — Imo dici potest invocationem B. M. utiliorem esse quam invocationem aliorum sanctorum; et illud patet ex eo quod B. M. sit omnium gratiarum dispensatrix, et ejus orationes sint in omni casu efficaces, ut supra tradidimus.

AD 2^{am} Resp. *Invocatio B. Mariæ non est stricte necessaria ad salutem, attamen dici potest hanc invocationem esse maxime utilem, et absque illa, salutem admodum esse difficilem.*

Prob. prima pars. — Nihil enim probat hanc invocationem esse stricte necessariam ad salutem.

Prob. secunda pars. — 1^o ex ratione. Probavimus B. M. esse omnium gratiarum dispensatricem. SS. Doctores Ipsam vocant *januam cœli, auxilium Christianorum, mediatrixem*, etc. Atqui hæc omnia suppo-

nunt invocationem B. M. esse maxime utilem ad salutem. Ergo... 2^o auctoritate. Suarez docet Ecclesiastim judicare hanc intercessionem et orationem Deiparæ præ omnibus aliis sibi esse utilem ac necessariam. — Ita sentire videtur S. Ligorius (*Paraph. du Salve Regina, chap. v, § 1*): « Ainsi donc, que ce soit « une chose utile et sainte de recourir à la sainte « Vierge, c'est ce qui ne peut être mis en doute que « par ceux qui renoncent à la foi; mais le point que « nous prétendons établir outre cela, c'est que l'intercession de Marie est nécessaire pour notre salut, « nécessaire, disons-nous, non pas absolument, mais « moralement, pour parler avec une exacte précision. « Et nous disons que cette nécessité découle de la « volonté même de Dieu, qui veut que toutes les « grâces qu'il nous dispense passent par les mains « de Marie, selon le sentiment commun. » — Grignon de Montfort (*De la vraie dévotion à la sainte Vierge*, pag. 25) sic se habet: « Le docte et pieux Suarez, le « savant et docte Juste-Lipse, docteur de Louvain, « et plusieurs autres, ont prouvé invinciblement, en « conséquence des sentiments des Pères, entre autres « S. Augustin, S. Éphrem, diacre d'Édesse, S. Cyrille de Jérusalem, S. Jean Damascène, S. Anselme, « S. Bernard, S. Bernardin, S. Thomas et S. Bonaventure, que la dévotion à la sainte Vierge est nécessaire au salut. » Ergo...

QUÆRITUR *Utrum et quonam sensu devotio erga Deiparam dici queat signum prædestinationis?*

Ad Responsum præsuppono 1^o dari posse quædam signa prædestinationis, seu externos effectus et notas ex quibus (Conf. de Rhodes, *de Prædestinatione*,

quæst. II, sect. VII, § 2), venire potest electus in cognitionem non certam absolute, sed probabilissimam et fere certam electionis suæ a Deo factæ, ac futuræ in cœlo coronæ. — Sic enim ex communi doctrina Patrum omnes theologi statuunt.

Præsuppono 2º triplicem distingui posse devotionem erga Deiparam, nempe perfectam, imperfectam et falsam. — Devotio perfecta ea est qua colitur B. Maria et simul adimplentur omnia vitæ christianæ officia. — Devotio imperfecta ea est qua revera colitur B. Maria propter finem honestum, quin simul adimpleantur officia vitæ christianæ. — Devotio falsa ea est qua quis ideo colit B. M. ut liberius ac securius peccet. His positis,

Dico 1º: Certum est falsam devotionem erga B. Mariam non esse signum prædestinationis. Res per se patet, potius inhonorat B. Virginem quam Ipsam exaltat. Unde S. Ligoriūs (*Paraph. du Salve Regina*, chap. VIII, § 1): « Quand nous disons qu'il est impossible qu'un serviteur de Marie se damne, cela ne s'entend point de ceux qui se prévalent de cette dévotion pour pécher avec plus de sécurité : de tels pré somptueux méritent des châtiments, et non la miséricorde. »

Dico 2º: Certum est devotionem perfectam esse signum prædestinationis, et eo certius quo devotio est plus vel minus perfecta et ardens. Unde S. Ligoriūs (*ibidem*): « Il est impossible qu'un serviteur de Marie se damne tandis qu'il la sert fidèlement et qu'il se recommande à elle. — Il ne faut entendre cette position, dit le même auteur, que de ceux qui au désir de s'amender joignent la fidélité à servir et à

« invoquer la mère de Dieu. Or je trouve que cette position a été avancée par le P. Crasset lui-même, dans son livre *de la dévotion à Marie*; et avant lui Vega, Mendoza et autres théologiens. » Ita S. Ligoriūs, qui confert testimonia Doctorum ad hoc comprobandum: Præcipua tantum seligimus. Ita se habet S. Anselmus: « Virgo benedictissima, sicut impossible est ut a te aversus et a te despectus salvetur, ita, ad te conversus et a te respectus, impossible est ut pereat. » (*De Excell. Virg. cap. II*). S. Antoninus hæc dicit: « Sicut impossibile est, ut illi a quibus Maria oculos suæ misericordiæ avertit, salventur; ita necessarium ut hi ad quos convertit oculos suos, pie eis advocans, salventur et glorificantur. » (P. 4, tit. 50). S. Bonaventura (*in Ps. cxviii*): « Qui perstat in obsequio tuo procul fiet a perditione. » Et S. Hilarius (cap. XII, *in Matth.*): « Quantumcumque quis fuerit peccator, si Mariæ devotus exstiterit, nunquam in æternum peribit. » Item S. Ephrem (*Or. de Laud. Virginis*) non dubitat vocare devotionem erga B. Mariam *Chartam libertatis*, et Ipsammet vocat *Patrocinalicem damnatorum*; quod sic vertit S. Ligoriūs: « La dévotion à la Mère de Dieu est le sauf-conduit pour ne pas aller en enfer. » — Iterum S. Bonaventura (*in Ps. cxviii*): « Pax multa diligentibus te, Domina; anima eorum non videbit mortem in æternum. » Pius Ludovicus Blesensis (*in Cant. Vit. spir.*, cap. XVIII): « Fieri non potest ut pereat qui Mariæ sedulus et humilis cultor exstiterit. » etc. etc. (*Conf. S. Lig. ibidem*). Ex his testimoniis satis patet devotionem erga B. Mariam esse signum certum prædestinationis, in eo sensu ut qui Ipsam coluerint, infallibiliter a

Deo in paradisum admittentur, quia infallibiliter, quamvis semper libere, mandata observabunt et finem sanctum habebunt¹.

Dico 3º : Devotio imperfecta qua quis colit Mariam sincere, propter finem honestum, non ut peccet secundius, quinimo cum intentione conversionis saltem in periculo mortis, et intentione obtinendi gratiam conversionis, quamvis peccato adhuc inquinetur nec sumat media ad emergendum e peccato hic et nunc, illa devotio, inquam, non est B. Mariæ injuriosa, ut videntur docere plures, quinimo est bona; et quamvis per se ad justificationem non sufficiat, attamen includit magnam spem salutis et conversionis.


Et 1º non est B. Mariæ injuriosa, ut hæc verba Massilionis supponere videntur (*Serm. sur l'Assomption de la sainte Vierge*) : « Quiconque aime le monde, « quiconque se livre aux désirs de la chair, quiconque ne rompt point ses passions criminelles, a beau « se déclarer serviteur de Marie, elle ne le connaît pas, « elle le regarde comme l'ennemi de son fils, elle « déteste la confiance qu'il met en elle, comme injureuse à la religion et à la gloire de Jésus-Christ. » Ita Massilio; sed revera nullo modo probat hanc devotionem inhonorable B. Virginem.

2º Illa devotio includit magnam spem conversionis. Illud constat 1º *experientia*. Innumera dantur facta,

¹ Nec dicas non esse donum singulare, quod ille qui mandata Dei diligenter observat vitam consequatur æternam, ac proinde devotionem erga B. V. non tanti esse estimandam; namque donum Dei prestantissimum est donum perseverantie, et hæc devotio nobis hoc singulare Dei donum aliquo modo tutum ac securum facit.

ex quibus constat B. V. multos salvasse peccatores qui omnibus vitiis tradebantur, et tamen erga Ipsam aliquam scintillam devotionis servaverant. (Conf. S. Lig. *Paraph. du Salve Regina*).— 2º ex auctoritate prædicatorum. Communiter hortantur prædicatores omnes etiam peccatores, ad non derelinqua illa officia pietatis. Ideo Bossuetius (*Sermon sur la dévotion à la sainte Vierge*), quamvis vituperet eos qui his officiis pietatis non adjungunt observationem mandatorum, et doceat hæc officia non sufficere ad salutem, addit tamen hæc verba : « Mais vous me dites : Où « me poussez-vous ? quitterai-je donc toutes mes « prières jusqu'à ce que j'aie résolu de me convertir « tout à fait à Dieu, et vivrai-je en attendant comme « un infidèle ? Non, M. F., à Dieu ne plaise ! Dites « toujours vos prières; j'aime mieux vous voir pratiquer des dévotions imparfaites, que de vous voir mépriser toute dévotion, et oublier que vous êtes chrétiens. » Item DD. Pavy (*Mandement pour le Carême de 1858*) : « Ici, prêtres d'Alger, nous vous conjurons de prendre garde à nos paroles. Défiez-vous de ce zèle amer et peu éclairé qui fait consister entièrement la dévotion à la sainte Vierge dans l'étroite observation de ses exemples, et qui, hors de là, ne reconnaît rien de bon, rien d'utile dans les pratiques de l'Église instituées en son honneur. Prêcher que la piété envers Marie de la part de ceux qui vivent dans le désordre est une piété mensongère, injurieuse à Jésus-Christ et à sa Mère, une observance dérisoire, une vain et criminelle confiance, c'est outre-passé la règle et fausser la vérité, c'est arrêter le courant de la

« grâce, et, à force de sécheresse et d'exagération,
« enter le désespoir sur la faiblesse, quand l'inten-
« tion de l'Église est de greffer le repentir sur la
« miséricorde, etc. »



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE

DE JOSEPHO B. VIRGINIS SPONSO

I. DE SANCTI JOSEPHI DIGNITATE

NOTA : Probabilius est sanctum Josephum fuisse fabrum lignarium quam ferrarium.

Dico 1º: Prima sancti Josephi dignitas est, vere ac proprie fuisse Virginis sponsum, omniaque veri sponsi jura ac mu nera, excepto debiti conjugalis usu, habuisse : dignitas omni laudis sermone, excelsior. Hinc adeptus est Patris Christi no men et existimationem : ut putabatur filius Joseph (Luc iii, 23). Nonne hic est filius Joseph? (Joan. vi, 42.) Imo non tantum vulgus eum isto nomine appellabat, sed etiam evangelista, et B. Virgo : Erant pater et mater ejus mirantes super his quæ dicebantur de illo (Luc. ii, 33) : Pater tuus et ego do lentes quærebamus te (ibid. 48). Nec tantum patris Christi nomen habuit, sed etiam rem que huic nomini subest par ticipavit, quantum potest ab homine, excepta carnali gene ratione participari. Quare habuit paternum affectum ac sol licitudinem et quasi patris auctoritatem : Per verum enim matrimonium Joseph habuit aliquod dominium in Virginem, adeoque et in Christum ut hominem ejus fructum; ideoque aliquo modo fuit caput et superior Virginis ac Christi ut hominis : Caput mulieris, vir (1 Cor xi, 3); et sic B. Virgo in rebus externis ac domesticis dependebat a Josepho; ideoque illi ut domus capit facta est revelatio de fuga in Ægyptum, de reditu ex Ægypto, de impositione nominis Jesu. Ipsem etiam Christus ei obediebat. Et erat subditus illis (Luc. ii, 51). Unde inter Mariam et Josephum, atque inter Jesum et Josephum singulare mutui amoris perfectissimæque amicitiae vinculum, intrinsece ex dignitate et statu ortum, intercedebat.

« grâce, et, à force de sécheresse et d'exagération,
« enter le désespoir sur la faiblesse, quand l'inten-
« tion de l'Église est de greffer le repentir sur la
« miséricorde, etc. »



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE

DE JOSEPHO B. VIRGINIS SPONSO

I. DE SANCTI JOSEPHI DIGNITATE

NOTA : Probabilius est sanctum Josephum fuisse fabrum lignarium quam ferrarium.

Dico 1º: Prima sancti Josephi dignitas est, vere ac proprie fuisse Virginis sponsum, omniaque veri sponsi jura ac mu nera, excepto debiti conjugalis usu, habuisse : dignitas omni laudis sermone, excelsior. Hinc adeptus est Patris Christi no men et existimationem : ut putabatur filius Joseph (Luc iii, 23). Nonne hic est filius Joseph? (Joan. vi, 42.) Imo non tantum vulgus eum isto nomine appellabat, sed etiam evangelista, et B. Virgo : Erant pater et mater ejus mirantes super his quæ dicebantur de illo (Luc. ii, 33) : Pater tuus et ego do lentes quærebamus te (ibid. 48). Nec tantum patris Christi nomen habuit, sed etiam rem que huic nomini subest par ticipavit, quantum potest ab homine, excepta carnali gene ratione participari. Quare habuit paternum affectum ac sol licitudinem et quasi patris auctoritatem : Per verum enim matrimonium Joseph habuit aliquod dominium in Virginem, adeoque et in Christum ut hominem ejus fructum; ideoque aliquo modo fuit caput et superior Virginis ac Christi ut hominis : Caput mulieris, vir (1 Cor xi, 3); et sic B. Virgo in rebus externis ac domesticis dependebat a Josepho; ideoque illi ut domus capit facta est revelatio de fuga in Ægyptum, de reditu ex Ægypto, de impositione nominis Jesu. Ipsem etiam Christus ei obediebat. Et erat subditus illis (Luc. ii, 51). Unde inter Mariam et Josephum, atque inter Jesum et Josephum singulare mutui amoris perfectissimæque amicitiae vinculum, intrinsece ex dignitate et statu ortum, intercedebat.

Dico 2º : Dignitas Josephi comparata cum dignitate præcursoris, apostoli, aut evangelistæ, cum sit diversi ordinis, potest dici habere se ut excedens et excessum. Apostolicum enim munus est supremum in Ecclesia omnium munerum prout a Christo instituta sunt, sive quoad dona specialia, sive quoad gratias gratis datas. Ministerium tamen sancti Josephi prout attingit ordinem unionis hypostaticæ, videtur ex suo genere nobilior ac præstantius.

II. ECQUAM SANCTITATIS PERFECTIONEM ASSECUTUS
ALERE FLAMMAM VERITATIS
SIT SANTUS JOSEPH

Dico 1º : Joseph fuit perfectissimus et eximiae sanctitatis vir. Deus enim unicuique proportionatam officio in quo illum constituit, gratiam ac sanctitatem confert; unde ante matrimonium cum B. Virgine initum, dicitur de illo : *cum esset justus* (Matth. 1, 19) datus est B. Virginis in sponsum ob ejus virtutem et virginitatem quam colebat. Sed ex B. Virgine et Christi consortio longe adhuc magis in sanctitate profecisse, longeque majores gratias a Christo media trice B. Virgine, accepisse dubitari non potest. Ipsius singularis sanctitatis indicia non obscura sunt, tot revelationes illi factæ, v. gr. revelatio mysterii Incarnationis, quando advertit B. Virginem concepisse, revelatio furoris Herodis, ut fugeret in Ægyptum, revelatio ejus mortis, ut rediret ex Ægypto, etc., in quibus occasionibus ejus prudentia, fides, obedientia enituit.

Dico 2º : Quanta fuerit sancti Josephi sanctitas comparata cum apostolis aut angelis, nihil certi potest statui; non tamen videtur improbabile, aut temerarium fore, si quis fortasse opinaretur hunc sanctum reliquis omnibus in gratia et beatitudine antecellere ob conjunctionem quam cum Christo habuit respectu unionis hypostaticæ. Sed non arbitrator asserendum, ut quidam existimarunt, fuisse in utero matris sanctificatum, caruisse fomite peccati, et omni peccato actuali, etc. Cæterum satis probable est hunc sanctum fuisse unum ex istis qui tempore mortis, resurrectionis Christi resurrexerunt, quos multi censem ad immortalem animæ et corporis vitam transisse, adeoque eum jam nunc anima et corpore gloriose cum Christo regnare.

Nota (A). PAGE 29.

Perfectissimam maternitatis divinæ cum tribus SS. Trinitatis personis affinitatem Bulla *Ineffabilis* sic ostendit :

« Cui (Mariæ) Deus Pater unicum Filium suum, quem « de corde suo æqualem sibi genitum tanquam seipsum di- « ligit, ita dare disposuit, ut naturaliter esset unus idemque « communis Dei Patris et Virginis Filius; et quam ipse « Filius substantialiter facere sibi Matrem elegit; et de « qua Spiritus sanctus voluit et operatus est, ut concipe- « retur et nasceretur ille de quo ipse procedit. »

Item ad hunc locum referri possunt hæc divi Bernardi verba (hom. 3º super *Missus est*) : « Cum Deus, inquit, sit « in omnibus sanctis propter concordiam voluntatis, spe- « cialiter tamen cum Maria, cum qua tanta illi consensio « fuit ut illius non solum voluntatem sed etiam carnem sibi « conjungeret, ac sic de sua Virginisque substantia efficeret « unum Christum, seu potius unus Christus fieret qui etsi « nec totus de Virgine, totus tamen Dei et totus Virginis « esset, nec duo filii, sed unus utriusque filius. »

Idem sic se habet alio loco dum evolvit hæc verba : « Dominus tecum. » Nec tantum Dominus *Filius* tecum, « inquit, quem carne tua induis, sed et Dominus *Spiritus* « tecum de quo concipis, et Dominus *Pater* qui genuit « quem concipis. — Pater, inquam, tecum qui Filium suum « facit et tuum; Filius tecum qui ad condendum in te mira- « bile sacramentum miro modo et sibi reserat generale « secretum, et tibi servat virginale signaculum; Spiritus « sanctus tecum qui cum Patre et Filio tuum sanctificat « uterum. »

Nota (B). PAGE 33.

Vous le savez, tous les êtres de la création sont appels à glorifier Dieu dans la mesure de leur perfection, tout

